latrocinium, Räuberei, Raubzug: I. habent: latrocinia nullam habent infamiam, quae extra fines cuiusque civitatis fiunt; G VI, 23.

II, 1. facio: cum ... nec iam libere vagandi latrociniorumque faciendorum facultatem haberent; G VIII, 32. s. I.

tollo: his (pontibus) obtentis duobus ... repentina latrocinia sublatum iri; A 19.

2. comprehendo in: qui ... in latrocinio ... sint comprehensi; G VI, 16.

nascor in: non hos (Sugambros) palus in bello latrociniisque natos, non silvae morantur; G VI, 35, b.

III. alere: Commius ... cum suis equitibus latrociniis se suosque alebat; G VIII, 47.

capi: ne detrimento aut timore provinciae magna infamia perditorum hominum latrociniis caperetur; G VIII, 30.

opprimi: qui (Tergestini) repentino latrocinio ... illorum erant oppressi; G VIII, 24.

latus, breit, weit: agri: latissimos feracissimosque agros possidere; G II, 4, b.

agger: aggerem latum pedes CCCXXX ... exstruxerunt; G VII, 24.

fines: ne latos fines parare studeant; G VI, 22. cum latos fines ... haberent; G VIII, 2.

flumen: una ex parte (Helvetii continentur) flumine Rheno latissimo; G I, 2. non nequiquam tantae virtutis homines ... ausos esse transire latissimum flumen; G II, 27.

fossae: duas fossas quindecim pedes latas eadem altitudine perduxit; G VII, 72.

locus: copiae ... contra munitiones pontis latiore loco constiterunt; A 19.

naves: ad ... multitudinem iumentorum transportandam paulo latiores (facit naves); G V, 1.

palus: hunc (collem) ... palus ... cingebat non latior pedibus quinquaginta; G VII, 19.

regiones: ut ... quam latissimas regiones praesidiis teneret; C III, 44, a.

spatium: quoad licebat latiore uti spatio; C I, 58.

storiae: storias ... tres in longitudinem parietum turris latas IV pedes fecerunt; C II, 9, b.

latus, Seite, Flanke: I. est: insula natura triquetra, cuius unus latus est contra Galliam; G V, 13. tertium (latus) est contra septentriones; ... hoc milia passuum octingenta in longitudinem esse existimatur; G V, 13.

laborat: quod ... sinistrum (latus) .., equitatus hostium multitudini uti resisti posset, laborabat; Af 60.

obtinet: alterum (latus erat) editissimo loco ductum, ut partem castrorum obtineret; A 28.

pertinet: hoc (latus) pertinet circiter milia passuum quingenta; G V, 13.

vergit: alterum (latus) vergit ad Hispaniam atque occidentem solem; G V, 13.

II. adicio: unum latus erat adiectum flumini Nilo; A 28.

adiuvo: quod suum dextrum latus munitionibus adiuvabatur; Af 60.

attribuo: singula .. latera castrorum singulis attribuit legionibus munienda; C I, 42.

cingo: equitatus latera cingebat; C I, 83. tertium (latus) palude cingebatur; A 28.

duco: s. I. obtinet.

habeo: ut ... tecta latera suis munitionibus haberet; Af 51.

munio: quae res .. latus unum castrorum ripis fluminis muniebat; G II, 5. s. attribuo.

nudo: pedites ... latere nudato a proximis Numidis iaculis vulnerabantur; Af 15.

tego: is (Racilius) latus Cassi tegebat; A 52. s. habeo.

2. constituo ad: naves longas ... ad latus apertum hostium constitui ... iussit; G IV, 25.

dirigo ab: eo equitatu dextra sinistra directo ab oppidi lateribus; Af 78, a.

dispono ad: reliquos equites ad latera disponit; G VI, 8, b.

obduco ab: ab utroque latere eius collis transversam fossam obduxit; G II, 8.

oppono ad: eidem .. oppido ad dextrum latus eius (Caesaris) cornu erat oppositum; Af 58.

III, 1. angulus: huius lateris alter angulus ... ad orientem solem, inferior ad meridiem spectat; G V, 13. eius angulus lateris maxime ad Germaniam spectat; G V, 13.

deiectus: quod is collis ... ex utraque parte lateris deiectus habebat; G II, 8.

longitudo: huius est longitudo lateris ... septingentorum milium; G V, 13.

2. fossa: fossam pedum viginti directis lateribus duxit; G VII, 72. fossam duplicem pedum denum quinum lateribus deprimi directis (imperat); G VIII, 9.

IV, 1. aggredi: Boii et Tulingi ... ex itinere

nostros latere aperto aggressi circumvenire ... coeperunt; G I, 25. ut aperto latere aggrederetur hostem; A 40.

circumvenire: quorum pars aperto latere legiones circumvenire ... coepit; G II, 23.

tegi: quae (acies) lateribus equitatu tegebatur; H 30.

2. a: a fronte atque ab utroque latere cratibus ac pluteis (rates) protegebat; C I, 25, b. s. a, V, 1. latere (25 St.) S. 8, a.

ad: materiam ... pro vallo ad utrumque latus exstruebat; G III, 29.

ex: tribus .. ex lateribus variis † generum munitionibus (rex) tegebatur; A 28.

laudo, loben: I. alqs: laudat Pompeius atque in posterum confirmat; C I, 3.

II. alqd: hoc laudans Pompeius idem iuravit; C III, 87.

virtutem: qua in re admodum fuit militum virtus laudanda; G V, 8.

laurea, Lorbeer: neque in litteris ... neque in fascibus insignia laureae praetulit; C III, 71.

laus, Lob, Ruhm, Anerkennung, Verdienst: I, 1. recidunt: cuius (Pompei) funestae laudes quoniam ad hanc fortunam reciderunt, ut ..; H 17.

2. sum: publice maximam putant esse laudem, quam latissime a suis finibus vacare agros; G IV, 3. civitatibus maxima laus est quam latissime circum se vastatis finibus solitudines habere; G VI, 23.

II, 1. amitto: ne ante partam rei militaris laudem amitterent; G VI, 40.

fero: qui diutissime impuberes permanserunt, maximam inter suos ferunt laudem; G VI, 21. qui plurimos ex his (uris) interfecerunt, ... magnam ferunt laudem; G VI, 28.

mereor: cum ... non minorem laudem exercitus quam ipse imperator meritus videbatur; G I, 40, b.

pario: s. amitto.

recupero: tanta universae Galliae consensio fuit ... pristinae belli laudis recuperandae, ut ..; G VII, 76.

2. praedico de: ut de suis homines laudibus libenter praedicant; C II, 39.

proficio ad: satis et ad laudem et ad utilitatem profectum arbitratus; G IV, 19.

III. cupiditas: utrosque et laudis cupiditas et timor ignominiae ad virtutem excitabant; G VII, 80.

insignia: scutorum .. laudis insignia praefulgens opus caelatum *; H 25, b.

invidia, obtrectatio: a quibus (inimicis) ... depravatum Pompeium queritur invidia atque obtrectatione laudis suae; C I, 7, a.

opinio: quae gens ... summam .. habet iustitiae et bellicae laudis opinionem; G VI, 24.

pars: cuius rei magnam partem laudis ... ad Libonem perventuram; C I, 26, b.

IV, 1. efferre: cum ... Pompei consilium summis laudibus efferret; C III, 87.

ferre: duces .. eorum consilium suum laudibus ferebant, quod ..; C I, 69.

prosequi: Caesar illum adhortatus atque omnibus laudibus prosecutus; A 15.

2. cum: ambo incolumes compluribus interfectis summa cum laude sese intra munitiones recipiunt; G V, 44, b. quae provincia (Illyricum) ... retenta non tantum sine ignominia, sed etiam cum laude erat; A 42, a.

pro: ut (milites) nullum pro sua laude periculum recusent; G VII, 19.

V. Lücke: quarum (legionum) laudibus et virtute *; H 42, b.

lavo, baden: ut ... lavarentur in fluminibus; G IV, 1.

laxo, ausdehnen: signa inferre et manipulos laxare iussit; G II, 25.

lectica, Sänfte: I. mitto: ut mitterent lecticam, qua (Cn. Pompeius) in oppidum deferri posset; H 32, b.

II, 1. afferri: ita lectica ad turrem (Pompeius) cum esset allatus, in ea tenebatur; H 38.

deferri: s. I.

2. de: de lectica Pompeius eorum in fidem confugit; H 32, b.

legatio, Gesandtschaft, Legatenstelle: I. agunt: s. II, 1. mitto; A 36.

coeperunt, conveniunt: cum ad eum (Domitium) frequentes civitatum legationes convenire coepissent; C III, 36, a.

concurrunt: ut undique ad eum (Indutiomarum) legationes concurrerent; G V, 55.

exspectant: ibi totius fere citerioris provinciae legationes Caesaris adventum exspectabant; C II, 21.

ferunt: s. II, 1. mitto; A 36.

revertuntur: quas legationes Caesar ... inita proxima aestate ad se reverti iussit; G II, 35.

sunt: erant legationes civitatum; C I, 51.

veniunt: interim in itinere ex oppidis et castellis legationes venire; Af 6.

II, 1. circummitto: legationes in omnes partes circummittuntur; G VII, 63. reliquas civitates circummissis legationibus amicitia Caesari conciliare studebat; C III, 55.

dimitto: nuntios legationesque in omnes partes dimittebant; G V, 53. dimittit quoque versus legationes; G VII, 4, a.

induco: multis legationibus ab se in senatum inductis; H 42, a.

mitto: communem legationem ad Publium Crassum mittunt; G III, 8. missas legationes ab nonnullis civitatibus ad Germanos; G IV, 6. Bibroci, Cassi legationibus missis sese Caesari dedunt; G V, 21. complures interim legationes Pharnaces ad Domitium mittit, quae de pace agerent regiaque munera Domitio ferrent; A 36.

suscipio: is sibi legationem ad civitates suscepit; G I, 3.

2. respondeo: ei legationi Ariovistus respondit ... sese ... venturum fuisse; G I, 34.

III. consuetudo: quod sibi coniunctus (Galba) ... consuetudine legationis esset; G VIII, 50.

locus: cuius legationis Nammeius et Verucloetius principem locum obtinebant; G I, 7.

munus: maxime .. timoris causa pro se quisque id munus legationis recusabat; C I, 33.

officium: confecto legationis officio; C III, 103.

princeps: cuius legationis Divico princeps fuit; G I, 13.

IV. certiorem facere: cum crebris egationibus Remorum (Caesar) certior fieret Bellovacos ... exercitus comparare; G VIII, 6.

praeoccupari: praeoccupatum sese legatione ab Cn. Pompeio, teneri obstrictum fide; C II, 17.

sollicitare: a Treveris Germanos crebris legationibus sollicitari; G VI, 2. civitates .. reliquas legationibus sollicitant; G VII, 43. nihilo minus clandestinis nuntiis legationibusque Allobrogas sollicitat; G VII, 64.

legatus, Gesandter, Unterfeldherr, Legat:

I. **absolut:** 1. **Subject:** accedit: cum propius accessisse legiones et Gaium Trebonium legatum cognossent; G VIII, 14, a.

adeunt: quo ex oppido ... legati clam praesidia Cn. Pompei Caesarem cum adissent; H 3, a. eodem tempore oppidani legati ... Caesarem adierunt; H 19. ſ. II, 1. mitto; A 69.

adhibet: qui (legatus) celeritatem in transportandis legionibus adhiberet; C III, 8.

adhortatur: Lucius Cotta legatus omnes cohortes ordinesque adhortans in adversum os funda vulneratur; G V, 35.

agit: ſ. instituit.

antecedunt: legatos collaudatos Caesar domum iubet antecedere; Af 92.

ascendit: de tertia vigilia Titum Labienum, legatum pro praetore, cum duabus legionibus ... iugum montis ascendere iubet; G I, 21.

commemorant: quas (res) legati Helvetii commemorassent; G I, 14.

concurrunt: concurrunt reliquarum civitatium legati, quae Bellovacorum speculabantur eventum; G VIII, 23. concurrebant legati, centuriones tribunique militum; C I, 71.

conficiunt: nocte insequenti legati responsa ad suos referunt, obsides conficiunt; G VIII, 23. ſ. II, 1. relinquo; G VII, 11, a.

congrediuntur: qui (legati) in itinere congressi magnopere, ne longius progrederetur, orabant; G IV, 11.

contendit: interim Gaius Caninius legatus ... ad oppidum Limonem contendit; G VIII, 26. Caninius legatus cum legionibus duabus ad eos persequendos contendit; G VIII, 30.

conveniunt: totius fere Galliae legati, principes civitatum, ad Caesarem gratulatum convenerunt; G I, 30.

deducunt: quibus rebus commoti legati milites ex opere deducunt; C II, 13. ſ. II, 1. mitto; G II, 2.

desistunt: legati ... oppugnatione desistunt; C II, 13.

dicunt: legati haec se ad suos relaturos dixerunt; G IV, 9.

dimicat: quod cum tanta multitudine hostium ... nisi aequo loco legato dimicandum non existimabat; G III, 17.

discedunt: quod ab opere singulisque legionibus singulos legatos Caesar discedere nisi munitis castris vetuerat; G II, 20. quod legati eorum paulo ante a Caesare discesserant; G IV, 12. ſ. venit; H 2.

docent: qui (legati) doceant nihil earum rerum publico factum consilio; G V, 1. qui (legati) doceant neque auxilia ... missa, neque ab se fidem laesam; G VI, 9. quanta .. copia frumenti apud se sit, (legati) docent; Af 36.

ducit: Q. Titurius et L. Cotta legati, qui in Menapiorum fines legiones duxerant, ... se ad Caesarem receperunt; G IV, 38. quam (legionem) Q. Cassius legatus simul ducebat; A 57, a.

est: ſ. sunt.

excusant: qui (legati) se de superioris temporis consilio excusarent; G IV, 22.

exeunt: qui (legati) antea exierant; H 19.

exponunt: ſ. venit; C III, 19, a.

firmat: eodem tempore C. Fabius legatus complures civitates in fidem recipit, obsidibus firmat; G VIII, 27.

fugiunt: ſ. III. reliquus ex.

gloriantur: quem (exercitum) XXII in acie conflixisse et vicisse legati eius (Pharnacis) gloriabantur; A 74. ſ. obiciunt.

habet: quod ... neque C. Caninium Rebilum legatum ... satis firmas duas legiones habere existimabat; G VIII, 24.

inquit: tunc Rebilus, legatus Caesaris, ... „perterritum", inquit, „hostem vides, Curio"; C II, 34, b.

instituit: C. Trebonius legatus ... aggerem, vineas turresque ad oppidum agere instituit; C II, 1

iurant: hoc idem reliqui iurant legati; C III, 13.

laetantur: accidisse hoc complures Caesaris legati, amici, centuriones militesque laetabantur; A 24, b.

loquuntur: legatos ad Caesarem de pace miserunt, qui ad hunc modum locuti; G II, 31.

obiciunt: monuit ... mitibus verbis legatos, ne aut Deiotarum sibi obicerent aut nimis eo gloriarentur beneficio, quod ..; A 70.

obsecrant: legati ... petunt et obsecrant, ut sibi praesidium mittat; Af 74. subito legati evocatique obsecrare Caesarem, ne dubitaret signum dare; Af 82.

obtinet: haec (castra) Gaius Antistius Reginus et Gaius Caninius Rebilus legati cum duabus legionibus obtinebant; G VII, 83. quorum (legatorum) unus Hispaniam citeriorem *tribus legionibus*, *alter ulteriorem* a saltu Castulonensi ad Anam duabus legionibus, tertius ab Ana Vettonum agrum Lusitaniamque pari numero legionum obtinebat; C I, 38. neque se ignorare, quod esset officium legati, qui fiduciariam operam obtineret; C II, 17.

orant: haec orantibus legatis commemorat Caesar ... Bellovacos ... suscepisse bellum; G VIII, 22. simul .. (legati) orant, ut sibi praesidium mittat; Af 36. ſ. congrediuntur.

partiuntur: adventu L. Vibulii Rufi ... Afranius et Petreius et Varro, legati Pompei, ... officia inter se partiuntur, uti ..; C I, 38.

petunt: quorum .. legati ... a se auxilium petant; G IV, 8. quibus (legatis) pacem atque amicitiam petentibus liberaliter respondit; G IV, 18. L. Plancus interim legatus petit a Caesare, uti ..; Af 4. ſ. obsecrant; Af 74.

pollicentur: uti ab iis nationibus ... mitterentur legati ..., qui se obsides daturas ... pollicerentur; G II, 35. qui (legati) polliceantur obsides dare; G IV, 21. qui (legati) se .. ea, quae imperasset, facturos pollicerentur; G IV, 22. qui (legati) praesidio misso pollicerentur earum gentium civitates imperata facturas; C III, 34. se .. paratos, quaecumque imperasset, et libenti animo facturos (legati) pollicentur; Af 33. ſ. II, 1. mitto; G VII, 90.

possunt: ſ. exponunt.

postulant: qui (legati) ab eo postularent, uti aliquem locum medium utriusque colloquio deligeret; G I, 34.

praeest: cui (castello) praeerat Quintus Titurius legatus; G II, 9. his militibus Quintum Titurium Sabinum et Lucium Aurunculeium Cottam legatos praeesse iussit; G V, 24. huic officio oppidoque Manius Acilius legatus praeerat; C III, 39.

praenuntiant: legatos ... iubet ... suum adventum praenuntiare; Af 92.

proficiscitur: legatus ... proficiscitur ad auxilium Duratio ferendum; G VIII, 27. cohortatus .. (legatos) ad suos cives iubet proficisci; Af 36. hoc praeterito tempore ... (Ursavonenses) legati profecti sunt cum nostris, uti ... referrent; H 22, a. ut ei liceret legatum ad Caesarem proficisci; H 22, b.

proponunt: qui (legati) voluntatem senatus ei (Caesari) proponant; C I, 3.

queruntur: quorum legati ... de Suevorum iniuriis querantur; G IV, 8.

recipit: ſ. firmat.

reducit: is (Manius Acilius legatus) naves

nostras interiorem in portum post oppidum reduxit; C III, 39.

referunt: cuius orationem legati domum referunt; C I, 35. interim legati a Pharnace responsa referunt; A 35. quemadmodum illi (legati) rettulissent; H 22, b. ſ. conficit. dicunt.

renuntiant: legati ... ex auctoritate haec Caesari renuntiant; C I, 35. legati Carteienses renuntiaverunt, quod Pompeium in potestate haberent; H 36.

revertuntur: ubi ... legati ad eum reverterunt; G I, 8. ad eum legati revertuntur; G IV, 11.

subsequitur: Titum Labienum legatum cum legionibus tribus subsequi iussit; G II, 11. ſ. II, 1. relinquo; G VIII, 39.

summittunt: Marcus Antonius et Gaius Trebonius legati ... his auxilio ex ulterioribus castellis deductos summittebant; G VII, 81.

sunt: quorum (Ubiorum) sint legati apud se; G IV, 8. qui (legatus) in illis regionibus erat; G VIII, 24. erant legati Caesaris; C I, 51.

tenet: Publium Sulpicium Rufum legatum ... portum tenere iussit; G IV, 22.

venit: legati ab Haeduis et a Treveris veniebant; G I, 37. unus ex iis, qui legati de pace ad Caesarem venerant; G II, 6. legati ab iis venerunt, quorum haec fuit oratio; G IV, 7. interim a compluribus civitatibus ad eum legati veniunt; G IV, 18. a compluribus insulae civitatibus ad eum legati veniunt; G IV, 21. ex magna parte Morinorum ad eum legati venerunt; G IV, 22. in eos pagos Morinorum, ab quibus ad eum legati non venerant; G IV, 22. eodem die legati ab hostibus missi ad Caesarem de pace venerunt; G IV, 36. quo ex oppido cum legati ad eum venissent oratum, ut sibi ignosceret; G VII, 12. legati ad eum principes Haeduorum veniunt oratum, ut ..; G VII, 32. etiam Cingulo ... ad eum legati veniunt; C I, 15, a. eundem (Varronem) visurum, quemadmodum tuto legati venire et quae vellent exponere possent; C III, 19, a. cum ad eum (Caesarem) ex Thessalia Aetoliaque legati venissent; C III, 34. legati ex oppido obviam veniunt; Af 7. cum ... neque quisquam crederet ipsum, sed aliquem legatum in Africam cum copiis venisse; Af 26, a. legati ex Acilla ... ad Caesarem veniunt; Af 33. legati interim ex oppido Thisdra ‖ Thisdrae ‖ ... ad Caesarem venere; Af 36. legati interim ex oppido Vaga veniunt; Af 74. cum ... legati .. Cordubenses, qui a Cn. Pompeio discessissent, Caesari obviam venissent; H 2. postero die Tullius legatus cum Catone Lusitano venit; H 17. legati deprecatum venerunt; H 35. ex qua civitate legati ad deditionem venerunt; H 36.

volunt: ſ. venit; C III, 19, a.

2. **Prädicat: sum:** eo L. Caesar adolescens venit, cuius pater Caesaris erat legatus; C I, 8. qui ambo legati Romae fuerant; C III, 109.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ: accipio:** (postulabat, ut) acceptos (legatos) per se ad eum (Pompeium) perducerent; C III, 17.

adhortor: quos (legatos) ab urbe discedens Pompeius erat adhortatus, ne ..; C I, 34.

appello: Caesar ... quam mitissime potest legatos appellat; G VII, 43.

audio: Caesar neque iam sibi legatos audiendos ... arbitrabatur; G IV, 13. quibus (legatis) auditis liberaliter pollicitus; G IV, 21.

cohortor: ſ. I, 1. proficiscitur; Af 36.

collaudo: ſ. I, 1. antecedunt.

colloco: Gaium Fabium legatum et Lucium Minucium Basilum cum legionibus duabus in Remis collocat; G VII, 90.

commoveo: ſ. I, 1. deducit.

conicio: legatos, quod nomen ad omnes nationes sanctum inviolatumque semper fuisset, retentos ab se et in vincula coniectos; G III, 9, a.

convoco: interim legatis tribunisque militum convocatis; G IV, 23.

dimitto: legatos quoque versum dimittere, coniurare ... coeperunt; G III, 23. his (legatis, tribunis) dimissis; G IV, 23.

facio certiorem: legatus ... litteris .. Gai Canini Rebili fit certior, quae in Pictonibus gerantur; G VIII, 27.

interficio: quod eius soceri L. Pisonis avum, L. Pisonem legatum, Tigurini eodem proelio, quo Cassium, interfecerant; G I, 12. ubi paucis ante annis Lucius Valerius Praeconinus legatus exercitu pulso interfectus esset; G III, 20. interfectos esse legatos duos; G V, 38.

intromitto: Caninium legatum cum praesidio intromittit; H 35.

iugulo: illi praesidio insecuti ex aversione legatos iugularunt; H 22, a. qui legatos iugulasset; H 22, b.

mitto: interim saepe ultro citroque cum legati inter eos mitterentur; G I, 42. uti, ... si id minus vellet, e suis legatis aliquem ad se mitteret; G I, 47. inita aestate, in interiorem Galliam qui (legiones) deduceret, Quintum Pedium legatum misit; G II, 2. confirmare sese neque legatos missuros neque ullam condicionem pacis accepturos; G II, 15. celeriter missis legatis; G III, 8. Titum Labienum legatum in Treveros ... cum equitatu mittit; G III, 11. Quintum Titurium Sabinum legatum cum legionibus tribus in Unellos, Curiosolites Lexoviosque mittit; G III, 11. sibi .. ut potestatem faceret in Ubios legatos mittendi; G IV, 11. cum ultro in continentem legatis missis pacem ab se petissent; G IV, 27. Caesar postero die Titum Labienum legatum ... in Morinos ... misit; G IV, 38. quin trans Rhenum legatos mitterent; G V, 55. eodem Carnutes legatos obsidesque mittunt; G VI, 4. tertio die missis ex oppido legatis de deditione; G VII, 11, a. mittit primo Brutum adolescentem cum cohortibus Caesar, post cum aliis Gaium Fabium legatum; G VII, 87. eo legati ab Arvernis missi quae imperaret se facturos pollicentur; G VII, 90. C. Fabium legatum cum cohortibus XXV mittit in diversissimam partem Galliae; G VIII, 24. mittit in Sardiniam cum legione una Valerium legatum; C I, 30, a. probat rem senatus de mittendis legatis; C I, 33. cuius provinciae ab ea parte, quae libera appellabatur, Menedemus, princeps earum regionum, missus legatus; C III, 34. in Epirum rei frumentariae causa Q. Tillium et L. Canuleium legatum misit; C III, 42. quibus modis ad Oricum cum Libone de mittendis legatis contendisset; C III, 90. illi (Pompeiani) de deditione missis legatis agere coeperunt; C III, 97. in omnes partes ... legatos conquisitoresque delectus habendi causa miserant; A 2. Q. Cassium legatum Hispalim mittit; A 57, b. legati a Pharnace missi Caesarem adeunt; A 69. ſ. I, 1. venit; G IV, 36.

ad, I. mitto legatum (64 St.) S. 27.

moneo: ſ. I, 1. obiciunt.

obsideo: qui (Salienus) M. Messalam legatum obsederat Messanae; Af 28.

perduco: ſ. accipio.

praeficio: ob eas causas ei munitioni, quam fecerat, T. Labienum legatum praefecit; G I, 10. Caesar singulis legionibus singulos legatos et quaestorem praefecit; G I, 52. his Quintum Pedium et Lucium Aurunculeium Cottam legatos praefecit; G II, 11. legatis imperat, quos legionibus praefecerat, uti ..; G V, 1. his (legionibus) Marcum

Crassum quaestorem et Lucium Munatium Plancum et Gaium Trebonium legatos praefecit; G V, 24. legatis .., quos singulis legionibus praefecerat, quid fieri velit, ostendit; G VII, 45, b. ei .. negotio Q. Fufium Calenum legatum praeficit; C I, 87. quos legatos ante exercitui praefecerat; H 2.

praemitto: praemissos etiam legatos Massilienses domum, nobiles adolescentes; C I, 34. C. Fabium legatum cum legionibus III ... in Hispaniam praemittit; C I, 37.

praepono: huic officio praepositus erat Fufius Calenus legatus; C III, 8.

recipio: si aut Ambiorigem aut eius legatos finibus suis recepissent; G VI, 6. ille (Libo) neque legatos Caesaris recipere neque periculum praestare eorum; C III, 17. ſ. accipio.

relinquo: in altera parte fluminis Quintum Titurium Sabinum legatum cum sex cohortibus relinquit; G II, 5. quos (legatos) Caesar ad exercitum reliquerat; G VII, 5. ea qui conficeret, C. Trebonium legatum relinquit; G VII, 11, a. Gaium Fabium legatum cum legionibus duabus castris praesidio relinquit; G VII, 40. quem (Sextium legatum) minoribus castris praesidio reliquerat; G VII, 49. Q. Calenum legatum cum legionibus reliquit, qui iustis itineribus subsequeretur; G VIII, 39. C. Trebonium legatum ad oppugnationem Massiliae relinquit; C I, 36. qui (C. Trebonius legatus) ad oppugnationem Massiliae relictus erat; C II, 1. ibi C. Caninium Rebilum legatum cum legionibus reliquit; C II, 24.

remitto: eos (legatos) domum remittit et cum iis una Commium ... mittit; G IV, 21. his responsis datis legatos remisit; A 70. remissis legatis cum ad portam venissent; H 18, a.

retineo: ſ. conicio.

vulnero: C. Cassium legatum vulnerat; A 52. ſ. I, 1. adhortatur.

2. **Dativ:** distribuo: quod praeterea navium longarum habebat, quaestori, legatis praefectisque distribuit; G IV, 22.

do: postulavit deinde eadem, quae legatis in mandatis dederat; G I, 43, b. reliquum exercitum Quinto Titurio Sabino et Lucio Aurunculeio Cottae legatis in Menapios ... ducendum dedit; G IV, 22. ex quibus (legionibus) unam in Morinos ducendam Gaio Fabio legato dedit; G V, 24.

impero: ſ. 1. praeficio; G V, 1.

obvenio: quibus (legatis) hae partes ad defendendum obvenerant; G VII, 81.

ostendo: ſ. 1. praeficio; G VII, 45, b.

pronuntio: quam (causam) legatis pronuntiarunt; G VII, 5.

renuntio: legatis .. nostris renuntiant se Biturigum perfidiam veritos revertisse; G VII, 5.

respondeo: legatis respondit diem se ad deliberandum sumpturum; G I, 7. nec sibi quicquam fore antiquius quam ... regna sociorum reciperare legatis respondebat; A 36. ſ. I, 1. petunt; G IV, 18.

trado: quibus (legatis) legiones tradiderat; G V, 25.

3. **mit Präpositionen:** appropinquo ad: ad quos (legatos) celerius, quam ipsi opinati sunt, appropinquavit; H 2.

communico cum: consilio cum legatis et quaestore communicato; G IV, 13.

constituo cum: ubi ea dies, quam constituerat cum legatis, venit; G I, 8.

defero ad: Arpineius et Iunius, quae audierunt, ad legatos deferunt; G V, 28.

evoco a: cum legione ... altera, quam ex Achaia a Q. Fufio legato evocaverat; C III, 106.

loquor cum: loquuntur ambo ex navibus cum M'. Acilio et Statio Murco legatis; C III, 15.

mitto ad: alterum (nuntium) ad Gaium Fabium legatum mittit; G V, 46.

partior cum: partitis copiis cum Gaio Fabio legato et Marco Crasso quaestore; G VI, 6.

pervenio ad: pauci ex proelio lapsi ... ad Titum Labienum legatum in hiberna perveniunt; G V, 37. ubi hostes ad legatos exercitumque pervenerunt; C II, 12.

tendo ad: cum hostes ... ad legatos atque exercitum supplices manus tendunt; C II, 12 (11).

III. **nach Adjectiv und Adverb:** reliquus ex: duo reliqui ex eis (legatis) fugerunt; H 22, a.

una cum: una cum his legatis Commius Atrebas venit; G IV, 27. ſ. II, 1. remitto; G IV, 21.

IV. **nach Substantiven:** 1. alqs: ſ. I, 1. obtinet; C I, 38.

consilium: Haedui de consilio legatorum .. copias ... subsidio Biturigibus mittunt; G VII, 5.

culpa: quod detrimentum culpa et temeritate legati sit acceptum; G V, 52.

cupiditas: dubitante Caesare atque eorum (legatorum, evocatorum) studio cupiditatique resistente; Af 82.

ius: quo diligentius in reliquum tempus a barbaris ius legatorum conservaretur; G III, 16.

numerus: missis ad Varum noctu legatorum numero centurionibus; C II, 44.

officium: ſ. I, 1. obtinet; C II, 17.

oratio: ſ. I, 1. venit; G IV, 7.

partes: aliae enim sunt legati partes atque imperatoris; C III, 51, a.

periculum: ſ. II, 1. recipio.

responsum: qui cum certum comperissent legatorum responsa ita esse gesta; H 22, b.

studium: ſ. cupiditas. — temeritas: ſ. culpa.

2. alqs ex: ſ. II, 1. mitto; G I, 47.

V. **Umstand:** a: interim ab omnibus legatis quaestoreque ... certior factus est in hiberna perventum; G V, 25. reliquarum legionum milites ... tamen ab tribunis militum legatisque ... retinebantur; G VII, 47, a. quod (milites) ... neque ab tribunis militum legatisque retineri potuissent; G VII, 52. quae (cohortes) ex ipsa provincia ab Lucio Caesare legato ad omnes partes opponebantur; G VII, 65. qui (saltus) eo tempore ab L. Afranio legato praesidiis tenebantur; C I, 37. ante id tempus (proelium) fingi a legatis amicisque Caesaris arbitrabantur; C III, 101, c. a quibus (legatis) nuntiabatur nocturno tempore oppidum Cordubam capi posse; H 2.

cum: cum Caesar pabulandi causa tres legiones ... cum Gaio Trebonio legato misisset; G V, 17. quae (cohortes) ... cum Tito Sextio legato ceperant locum superiorem; G VII, 51. quae (legio) cum T. Sextio legato in Biturigibus hiemabat; G VIII, 11. quattuor legiones in Belgio collocavit cum M. Antonio et C. Trebonio et P. Vatinio legatis; G VIII, 46, b. praesidio ibi cum Oppio legato relicto; Af 68.

per: per Marcum Silanum, Gaium Antistium Reginum, Titum Sextium legatos delectum habere instituit; G VI, 1. exercitum per legatos in hiberna deduxit; G VIII, 46, b. in Lucanis Brutiisque per legatos suos civium Romanorum delectus habebat; C I, 30, b. Afranii etiam filius adolescens de sua ... salute cum Caesare per Sulpicium legatum agebat; C I, 74, b. tabulae testamenti unae per legatos eius Romam erant allatae; C III, 108. (qui) ad senatum questi per legatos atque arbitris a senatu datis sua receperant; Af 97.

legio, Legion: I. **Subject:** absunt: ſ. **absum,** II. legiones (3 St.) S. 12, a. — accedunt ſ. **accedo,** III. legiones (4 St.) S. 13, b.

adsunt: cum legiones Caniniumque adesse cognoscerent; G VIII, 32. ſ. IV, 1. miles; C I, 7, b.

aggreditur: ut (legio) ... aversos .. hostes aggrederetur; A 40.

agit: princeps .. decima legio per tribunos militum ei gratias egit, quod ...; deinde reliquae legiones cum tribunis militum et primorum ordinum centurionibus egerunt, uti ..; G I, 41.

animum advertunt: quod ubi legiones Scipionis ... animum adverterunt; Af 40.

antecedunt: ſ. subsequitur; C I, 87.

attingunt: legiones, ubi primum planiciem attigerunt, infestis contra hostes signis constiterunt; G VII, 51.

audent: futurum, ut reliquae (legiones) contra consistere non auderent; G II, 17. quod neque legiones audeant absente imperatore ex hibernis egredi; G VII, 1.

capit: quae (legio) octavo iam stipendio tamen in collatione reliquarum nondum eandem vetustatis ac virtutis ceperat opinionem; G VIII, 8. quae (legiones) Marcellum sibi ducem ceperant; A 60.

cedit, circumit: cum (legio) paulum aversa hostibus cessisset, fossam autem circumire ac transcendere conata esset; A 40.

circummunit: cum (legio) se obiecisset Pompeianis copiis atque opere ... circummuniret; C III, 66.

claudunt: inde duae legiones ... totum agmen claudebant praesidioque impedimentis erant; G II, 19.

coepit: cum legio Caesaris nona praesidium quoddam occupavisset et munire coepisset; C III, 45. metu ac terrore occaecatae (legiones) omnibus portis in sua castra fugere coeperunt; Af 40. legio XIII oppidum defendere coepit; H 34. ſ. venit; G II, 19. — II, 1. traduco; H 31, a.

cogit: ut ... omnium impedimentorum agmen ... cogeret undecima (legio); G VIII, 8.

conatur: legio Pompeiana celeris spe subsidii confirmata ab decumana porta resistere conabatur; C III, 69. ſ. cedit.

concurrunt: cuius rei ... indignitate legiones ... ad eum (Marcellum) concurrerunt, ut ..; A 60.

confert: XXXVI legio in loca se superiora contulit; A 40.

confirmat: se .. esse ad bellum gerendum paratissimam (legio) confirmavit; G I, 41.

coniungunt: tribunos militum monuit, ut paulatim sese legiones coniungerent; G II, 26.

consequitur: interea legio XII Caesarem consequitur; C I, 15, a. iubet ... legiones ... se consequi ad oppidum Ruspinam versus; Af 37. confestim Caesaris legiones consequi spatiumque se non dare colligendi; Af 85, a.

considit: (legio) in foro et porticibus sine maleficio consedit; C II, 20, a.

consistit: cum in dextro cornu legio duodecima et non magno ab eo intervallo septima constitisset; G II, 23. ſ. **consisto**, II. legio (9 St.) S. 211, b.

conspicantur: legiones duae ... conspicatae Caesarianas naves, quae in statione apud Thapsum stabant; Af 53.

contendit: (legionem vernaculam) ad secundam legionem contendisse; A 57, a.

continent: quae (legiones) omnem illam regionem coniunctam Oceano continerent; G VIII, 46, b.

convenit: hic cum legio XXX et XXI et cohortes IV ex V legione totusque convenisset equitatus; A 57, a. legiones tironum convenire, in his veterana legio quinta, equitum ad II milia; Af 1.

dant: ſ. consequitur; Af 85, a.

debent: quae (legiones) ex senatusconsulto deberent ad Parthicum bellum duci; G VIII, 55.

decedit: legionem sextam decedere ad praemia atque honores accipiendos in Italiam iubet; A 77.

defendit: ſ. coepit; H 34.

desinunt: ut nullo tempore legiones desitae populi Romani in hac provincia haberi; H 42, b.

dimicant: se absente in itinere (legiones) proelio dimicaturas intellegebat; G VII, 6.

diruunt: quae (legiones) non solum vobis obsistere, sed etiam caelum diruere possent; H 42, b.

discedit: redisse primo legiones credunt, quas longius discessisse ex captivis cognoverant; G VI, 39. nuntiat eam (legionem vernaculam) a legione XXX ... discessisse; A 57, a.

dissentiunt: quod audierat Romae legiones veteranas dissentire; Af 19, a.

egrediuntur: huc cum cotidiana consuetudine egressae pabulatoribus praesidio propiore *ponte* legiones Fabianae duae flumen transissent; C I, 40, a. legiones equitesque ex navibus egressos iubet ex languore nauseaque reficere; Af 34. ſ. audent; G VII, 1.

est: erat omnino in Gallia ulteriore legio una; G I, 7. sibi .. eam (legionem) praetoriam cohortem futuram; G I, 40, d. quae (legiones) in novissimo agmine praesidio impedimentis fuerant; G II, 26. Labieno scribit, ut, quam plurimas posset, iis legionibus, quae sunt apud eum, naves instituat; G V, 11. Caesar legiones, quas expeditas esse iusserat, portis incensis intromittit; G VII, 11, b. ei .. (legioni) adiungit legionem XI, quae proxima fuerat; G VIII, 2. quae (legio) cum eo (Labieno) fuerat in hibernis; G VIII, 24. erant ... legiones Afranii III, Petrei duae; C I, 39. legiones eae, quae paulo ante apud adversarios fuerant; C II, 29. in quibus (cohortibus) erat legio nona; C III, 67. erant in sinistro cornu legiones duae; C III, 88. alteram (legionem) alteri praesidio esse iusserat; C III, 89. cum esset legio praesidio Messanae; C III, 101, b. quintam fore in Hispania legionem; A 52. quo in numero erat secunda legio; A 53. cum duae legiones reliquae essent in castris; A 54. reliquae erant tres legiones, una Deiotari, duae, quae in eo proelio, quod Cn. Domitium fecisse cum Pharnace scripsimus, fuerant; A 69. cum ... nuntiarentur ... legiones regiae IV, levis armaturae magna vis, Scipionis legiones X ... esse; Af 1. duae (legiones) fuerunt vernaculae, quae a Trebonio transfugerant; H 7. quarta (legio) fuit Afraniana ex Africa, quam secum adduxerat; H 7. erant hic legiones, quae ex perfugis conscriptae; H 34. ſ. claudunt. confirmat.

eunt: agminis ordinem ita constituit, ut legio septima, octava, nona ante omnia irent impedimenta; G VIII, 8.

excubant: quod instituto Caesaris semper duae legiones pro castris excubabant; G VII, 24. duas legiones in armis excubare iubet; G VII, 11, b.

facit: pulverem ... in ea parte videri, quam in partem legio iter fecisset; G IV, 32. legio ... ultro in nostros impetum faciebat; C III, 69. cum (legio) extra fossam in equites regis impetum fecisset; A 40. nam XXXVI legio ... adeo secundum proelium fecit, ut ..; A 40. facit hoc idem XXI (legio); A 54.

frumentantur: legiones Scipionis comperit longius in agris frumentari; Af 68.

fugiunt: ſ. coepit; Af 40.

fungitur: (legionem) multis laboribus periculisque functam; A 69.

hiemat: ſ. **hiemo**, II. legio (7 St.) S. 435, b.

infert: XXX legio signa Cordubam infert ad auxilium ferendum imperatori suo; A 54.

munit: ſ. coepit; C III, 45. venit; G II, 19.

obicit: ſ. circummunit. — obsistunt: ſ. diruunt.
occupat: ſ. coepit; C III, 45.
occurrit: ex castris sibi legiones alias occurrere ... iussit; C III, 98. quarum (legionum) altera in bello Alexandrino non occurrit; A 34, b.
permanet: permansit in sententia legio vernacula; A 54.
ponit: superioribus diebus nona Caesaris legio ... castra eo loco posuit; C III, 66.
possunt: priusquam plane legiones explicari et consistere possent; C II, 26. ſ. diruunt. — II, 1. transporto; C III, 8.
potiuntur: legiones vallo hostium sunt potitae; Af 83.
proeliantur: alia in parte diversae duae legiones, undecima et octava, ... proeliabantur; G II, 23. in ipsis fluminis ripis (legiones) proeliabantur; G II, 23.
proficiscitur: duas .. legiones ad eum (Labienum) proficisci iubet; G VI, 5. legiones duae, x et IX, ex Sicilia navibus onerariis profectae; Af 53. ſ. venit; G V, 46.
progreditur: paulum progressam (legionem) inferiore constituit loco silvisque occultat; G VII, 45, b. quo (legio) temere esset progressa; C III, 45.
pugnat: magnis copiis hostium circumdata (legio) praesentissimo animo pugnans; A 40.
recipit: legio ... locum non tenuit atque in proximum collem sese recepit; C I, 44. (legio) sese .. Hispalim recepit; C II, 20, a. si sine maximo detrimento legio Caesaris sese recepisset inde; C III, 45. quod eo pulsa legio sese receperat; C III, 67. in orbem (legio) se recepit ad radices montium; A 40.
redeunt: ſ. discedit; G VI, 39.
requiescunt: eas (legiones), quas secum duxerat, in vicem requiescere ... iussit; C III, 98.
resistunt: cum diversis legionibus aliae alia in parte hostibus resisterent; G II, 22. Caesar legiones equitatumque revocari atque in itinere resistere iubet; G V, 11. ſ. conatur.
revertuntur: (legiones) in castra reverti iussit; C III, 98.
satisfaciunt: uti Caesari (legiones) satisfacerent; G I, 41.
sequitur: cum legione una, quam se ex Thessalia sequi iusserat, et altera, quam ... evocaverat, equitibusque DCCC ... Alexandriam pervenit; C III, 106. subito mane imperat porta decumana legiones se † VIII || III || veteranas cum parte equitatus sequi; Af 66.
subsequitur: Caesar praemisso equitatu confestim legiones subsequi iussit; G V, 18. cum subsequentibus legionibus nullam dimicationem recusarent; G VIII, 18. cum subsequi legiones meminissent; G VIII, 28. reliquas legiones ex hibernis evocat et subsequi iubet; C I, 8. reliquas legiones, quae longius hiemabant, subsequi iubet; C I, 37. duas legiones suas antecedere, reliquas subsequi iussit; C I, 87. legionem .. unam minoribus itineribus subsequi iussit; C III, 102, a. subsequitur has (legiones) V; A 54.
succedit: ut (legio) moenibus oppidi succederet fossamque transiret; A 40.
sustinet: Deiotari vero legiones vix impetum sustinuerunt; A 40. quae (legio) tamen fortiter vincentium impetum sustinuit; A 40.
tardat: intolerantius Gallos insequentes legio decima tardavit; G VII, 51.
tenet: quem locum duodecima legio tenebat; G VII, 62, a. sinistrum (cornu tenebant) III et V legio itemque et cetera auxilia et equitatus; H 30. ſ. recipit; C I, 44.
tollit: his cognitis rebus altera ex duabus legionibus ... ex castris Varronis ... signa sustulit; C II, 20, a.
transcendit: ſ. cedit.
transeunt: quod existimabant tribus locis transire legiones; G VII, 61. neque (legiones) in Africam velle transire; Af 19, a. ſ. egrediuntur; C I, 40, a. succedit.
transfugiunt: ſ. est; H 7.
tuetur: quae (legio) praesidia tueretur, ex quibus praesidiis quintadecima deducebatur; G VIII, 54.
venit: cum prima legio in castra venisset; G II, 17. legiones sex, quae primae venerant, opere dimenso castra munire coeperunt; G II, 19. ne qua legio alterae legioni subsidio venire posset, G V, 27, b. iubet media nocte legionem proficisci celeriterque ad se venire; G V, 46. cum duas venisse legiones missu Caesaris cognoscunt; G VI, 7, a. cum repente confertae legiones in conspectum hostium veniunt; G VIII, 29. reliquae (legiones) nondum venerant; C I, 7, b. eo triduo legio VIII ad eum venit; C I, 18. quae (legiones) cum Pompeio per Mauritaniam venire dicebantur; C I, 60. eo legiones XII, equitatum omnem venire iusserat; C III, 2. neque Brundisio naves legionesque ad Caesarem veniebant; C III, 25.
versantur: quanto .. in periculo et castra et legiones et imperator versaretur; G II, 26.

II. **nach Verben:** 1. **Accusativ:** abduco: ſ. retineo; C I, 9, b.
accipio: quas (legiones) a Caesare acceptas in Apulia hibernorum causa disposuerat; C I, 14. duas leniones ex IV, quas a Caesare acceperat, D equites transportabat; C II, 23.
addo: augetur odium ... sumptu additae legionis; A 50.
adduco: ſ. **adduce,** I. legionem (15 St.) S. 39, b.
adiungo: huic (legioni) sic adiunxit octavam, ut paene unam ex duabus efficeret; C III, 89. adiungit [Cn.] Domitius legioni XXXVI duas ab Deiotaro; A 34, b. ſ. I. est; G VIII, 2.
admoveo: neque non usque eo legiones admovendas (iudicabat), ut ..; G VIII, 14, a.
adorior: neque esse quicquam negotii, ... hanc (legionem) sub sarcinis adoriri; G II, 17.
amitto: ita Pontica legione paene tota amissa; A 40.
appello: Caesar cum in opere singulas legiones appellaret; G VII, 17, b. quae (legio) vernacula appellabatur; C II, 20, a. quam (legionem) factam ex duabus gemellam appellabat; C III, 4, a. quae (legio) appellabatur XXVII; C III, 34. quarum (legionum) una prima, altera tertia appellabatur; C III, 88.
arcesso: ſ. **arcesse** legionem (4 St.) S. 89, a.
armo: legionem armatam instructamque adduxit; G VIII, 36.
attenuo: tametsi (nona legio) erat Dyrrhachinis proeliis vehementer attenuata; C III, 89.
attribuo: ſ. **attribue** legionem (3 St.) S. 108, b. — averto: ſ. I. cedit. — circumdo: ſ. I. pugnat.
circumvenio: quorum pars aperto latere legiones circumvenire ... coepit; G II, 23. cum ... legiones premi et paene circumventas teneri ... vidissent; G II, 24.
cognosco: quod nondum legiones hostium cognoverat; Af 72.
cogo: proximis quattuor coactis legionibus; G VI, 3. prius omnes (legiones) in unum locum cogit, quam de eius adventu Arvernis nuntiari posset; G VII, 9.
cohortor: equo circumvectus (Caesar) legionesque cohortatus; Af 58.

collaudo: Ciceronem pro eius merito legionemque collaudat; G V, 52.
colligo: legionibus collectis VI et equitum II milibus; Af 2.
colloco: ſ. **colloco** legionem (17 St.) S. 183, b.
committo: cum ... neque infirmas legiones hostibus committere auderet; G VIII, 26.
compleo: quas (legiones) ex novo delectu confecerat atque in itinere compleverat; C I, 25, a. legionibus completis duabus; C II, 18, a.
confercio: conferta legione ex omnibus partibus tela conici animadvertit; G IV, 32. ſ. I. venit; G VIII, 29.
confero: Deiotari legiones in mediam aciem contulit; A 39.
conficio: ſ. **conficio** legionem (4 St.) S. 199, b. — configo: ſ. opprimo; A 40.
confirmo: ſ. I. conatur; C III, 69.
coniungo: Ciliciensis legio coniuncta cum cohortibus Hispanis ... in dextro cornu erant collocatae; C III, 88.
conscribo: ſ. **conscribo** legionem (13 St.) S. 206, b. — constituo: ſ. **constituo**, III. legionem (11 St.) S. 215, a.
contineo: si ... uno loco legiones contineret; G VII, 10. itaque ... dabat operam, ut legiones non in uno loco contineret, sed per causam frumentandi huc atque illuc raptaret; Af 73.
converto: quas (legiones) ab itinere Asiae Syriaeque ad suam potentiam dominatumque converterat; C I, 4.
deduco: ſ. **deduco** legionem (12 St.) S. 256, a.
defero: legio XXXVII ... ad litora Africae paulo *ultra* Alexandriam delata est; A 9.
deicio: neque ullo timore (legio) de gradu deiecta est; A 54.
deligo: etsi sine ullo periculo legionis delectae cum equitatu proelium fore videbat; G I, 46.
deminuo: (legionem) multis .. militibus partim difficultate itinerum ac navigationum partim crebritate bellorum adeo deminutam, ut ..; A 69.
depello: eam (legionem) loco depulit; C III, 52.
despicio: quod legionem neque eam plenissimam propter paucitatem despiciebant; G III, 2.
detineo: equitatus ... propius .. Caesaris castra ... se conferre coepit, frenatus autem Labieni eques in loco permanere legionesque detinere; Af 61, a.
detraho: neque obscure duae legiones uni detrahuntur; G VIII, 54.
deveho: legionem Caesar, quam equis devexerat, passibus ducentis ab eo tumulo constituit; G I, 43.
dimitto: cum in omnes partes finium Ambiorigis aut legiones aut auxilia dimisisset; G VIII, 25. ſ. divido.
dispono: ſ. **dispono** legiones (4 St.) S. 287, b.
distineo: tum legiones a praesidio atque impedimentis interclusas maximum flumen distinebat; G VII, 59.
distribuo: ſ. **distribuo** legionem (4 St.) S. 289, a.
divido: legiones equitesque ... divisos || dimissos || in castella munitionesque disponit; Af 34.
do: ex quibus (legionibus) unam in Morinos ducendam Gaio Fabio legato dedit, alteram in Nervios Quinto Ciceroni, tertiam in Esuvios Lucio Roscio; G V, 24. praeter eam (legionem), quam Lucio Roscio in pacatissimam et quietissimam partem ducendam dederat; G V, 24. quattuor legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit; G VII, 34. Cn. Pompeius legionem primam, quam ad Caesarem miserat, ... eam tamquam ex suo numero dedit; G VIII, 54.
duco: ſ. **duco**, II. legionem (17 St.) S. 298, b. — educo: ſ. **educo** legionem (17 St.) S. 305, a. — efficio: ſ. **efficio**, II. legionem (3 St.) S. 306, a.
effugio: cum ... magna .. impedimenta oppidanorum videret, quae ... effugere non modo equitatum, sed ne legiones quidem possent; G VIII, 33.
eripio: ereptis ab eo duabus legionibus; C I, 2. iniuriam in eripiendis legionibus praedicat; C I, 32, b.
evoco: ſ. **evoco**, B. legionem (7 St.) S. 352, a.
excipio: hanc (legionem) rursus XIII legionis cohortes exceperunt; G VII, 51.
expedio: ſ. **expedio**, B. legionem (10 St.) S. 373, a.
experior: habebat .. veterannas multisque proeliis expertas legiones; A 61.
explico: ſ. I. possunt; C II, 26.
expono: quibus legionibus expositis; Af 54, a.
exspecto: praeter has (legiones) exspectabat cum Scipione ex Syria legiones II; C III, 4, a. quod legiones equitatumque ex Italia exspectaret; C III, 78, b.
facio: una (legio) facta ex coloniis; H 7. ſ. appello; C III, 4, a.
habeo: ſ. **habeo**, III. legionem (16 St.) S. 426, a. IV, 1, c. constitutas; A 34, b. 68. paratas. (S. 428, b). — impono: ſ. **impono** legionem (5 St.) S. 469, a. — instruo: ſ. **instruo** legionem (7 St.) S. 508, a. — intercludo: ſ. distineo. — interficio: ſ. opprimo; G V, 38.
intromitto: legatos ad Caesarem mittunt, ut sibi legiones subsidio intromitteret; H 34. ſ. I. est; G VII, 11, b.
mitto: decimam legionem subsidio nostris misit; G II, 26. legione ex consuetudine una frumentatum missa, quae appellabatur septima; G IV, 32. cum Caesar pabulandi causa tres legiones atque omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misisset; G V, 17. unam legionem, quam proxime trans Padum conscripserat, et cohortes V in Eburones ... misit; G V, 24. legionem unam eodem iugo mittit; G VII, 45, b. quod abiuncto Labieno atque iis legionibus, quas una miserat, vehementer timebat; G VII, 56. legiones in hiberna mittit; G VII, 89. in eius (legionis) locum tertiam decimam legionem in Italiam mittit; G VIII, 54. quas (legiones) C. Fabius ulteriore ponte subsidio nostris miserat; C I, 40, b. neque .. sex legiones alia de causa missas in Hispaniam; C I, 85, b. duabus legionibus missis in ulteriorem Hispaniam cum Q. Cassio, tribuno plebis; C II, 19. ceteras (legiones) in Italiam mittit; C II, 22. his (impedimentis) una legio missa praesidio est; C III, 75. quod (legio) itinere terrestri per Syriam erat missa; A 34, b. tertia vigilia legiones duas cum equitatu mittit ab castris suis milia passuum X; Af 65. huc Scipio legiones duas frumentandi gratia misit; Af 68. ſ. **ad**, I. mitto legionem (7 St.) S. 27, b.
moveo: quae (legio) simul est mota; H 31, a.
nomino: quas (legiones) Gaetuli nominarunt; Af 35, b.
obtineo: quas (legiones) M. Varro obtinuerat; A 58.
occaeco: ſ. I. coepit; Af 40.
occulto: ſ. I. progreditur; G VII, 45, b.
oppono: novem oppositis legionibus maximoque equitatu dispersis ... hostibus; G VI, 36. Caesar ... legiones opponit aciemque instruit; A 75. legione X XIIIque dextro cornu, XIV et IX sinistro oppositis; Af 81.

opprimo: ut subito Galli ... legionis .. opprimendae consilium caperent; G III, 2. nihil esse negotii subito oppressam legionem, quae cum Cicerone hiemet, interfici; G V, 38. hanc legionem sperans Caesar se opprimere posse; C III, 67. Pontica ex altera parte legio ... in ipso transitu fossae confixa et oppressa est; A 40.

oppugno: magna manu Eburones ... legionem oppugnare incipiunt; G V, 39.

ostendo: post tergum hostium legionem ostenderunt signaque intulerunt; G VII, 62, b. Caesar instructas legiones hostium copiis ostendit; Af 66.

paro: legiones habere sese paratas IX; C I, 6, a.

pello: qua (legione) pulsa impedimentisque direptis; G II, 17. ſ. I. recipit; C III, 67.

perduco: incolumem legionem in Nantuatis, inde in Allobroges perduxit ibique hiemavit; G III, 6.

pono: duas (legiones) in Turonis ad fines Carnutum posuit, ... duas reliquas in Lemovicum finibus; G VIII, 46, b. quam (legionem) tuendae orae maritimae causa posuerat; C III, 34.

praemitto: Caesar legiones in Hispaniam praemiserat [ad] VI [milia]; C I, 39. reliquas (legiones) de quarta vigilia compluribus portis eductas eodem itinere praemisit; C III, 75. praesidio his equitibus legionem V praemiserat; Af 60. praemissis iam legionibus; F 14.

premo: ſ. circumvenio; G II, 24.

produco: legione producta; G V, 52. quin productis legionibus proelio decertaret; C III, 37, a. ſ. reduco; Af 70.

promoveo: paulum legiones Caesar ... promoveri iubet; G VII, 70. Caesar ... legiones promovet; G VIII, 16.

rapto: ſ. contineo; Af 73.

recipio: receptis .. omnibus in una castra legionibus; C III, 82, a. ſ. traduco; C II, 28.

reduco: quattuor reliquas (legiones) in castra maiora reduxit; G I, 49. brevi tempore intermisso in castra legiones reduxit; G IV, 34. Titum Labienum legatum cum iis legionibus, quas ex Britannia reduxerat, in Morinos ... misit; G IV, 38. rursus in hiberna legiones reduxit; G VI, 3. suas uterque legiones reducit in castra; C I, 40, b. sub vesperum Caesar intra hanc fossam legiones reducit; C I, 41. legionem reduci iussit; C III, 46. Scipio interim legiones productas cum elephantis ... reducit in castra; Af 70. reducit sub vesperum legiones in castra; Af 74. ſ. relinquo; A 33.

reficio: ſ. I. egrediuntur; Af 34.

relinquo: munitis castris duas ibi legiones reliquit et partem auxiliorum; G I, 49. hoc facto duabus legionibus ... in castris relictis; G II, 8. praesidio impedimentis legionem quartamdecimam reliquit; G VI, 32. quam ad diem ei legioni, quae in praesidio relinquebatur, deberi frumentum sciebat; G VI, 33. duabus Agedici legionibus atque impedimentis totius exercitus relictis; G VII, 10. duabus legionibus praesidio relictis; G VII, 68. Caesar † relictis legionibus subsequitur; C I, 80. duas ibi legiones praesidio reliquit; C II, 22. legionem relinquit; C III, 16. legiones ibi veterana sexta secum reducta ceteras reliquit; A 33. duas legiones cum Coelio Viniciano in Ponto reliquit; A 77.

remitto: legionibus .. in hiberna remissis; G VIII, 4. Caesar tamen ... Pompeio legionem remisit; G VIII, 54. cognoscit per C. Marcellum consulem legiones duas ab se remissas ... Cn. Pompeio traditas atque in Italia retentas esse; G VIII, 55. legionem V in castra remittit cohortibus XXX retentis; A 55.

G II, 10. omnem equitatum ... praemisit; G II, 11. qui (praefecti) cum omni equitatu antecesserant; G IV, 11. Caesar omnem ex castris equitatum suis auxilio misit; G IV, 37. cum Caesar ... omnem equitatum cum Gaio Trebonio legato misisset; G V, 17. prope cotidie cum omni equitatu Indutiomarus sub castris eius vagabatur; G V, 57. subito Labienus duabus portis omnem equitatum emittit; G V, 58. Lucium Minucium Basilum cum omni equitatu praemittit; G VI, 29. quod cum omni equitatu discessisset; G VII, 20, a. ut ... equitatum .. omnem ... sibi celeriter mitterent; G VII, 34. omnis noster equitatus, omnis nobilitas interiit; G VII, 38, a. equitatum .. omnem ex castris educit; G VII, 40. discit cum omni equitatu Litavicum ... profectum; G VII, 54. fugato omni equitatu; G VII, 68. Vercingetorix ... consilium capit, omnem ab se equitatum noctu dimittere; G VII, 71. equitatum omnem ... ad castra hostium praemittit; G VIII, 36. ipse cum omni equitatu ... ad Caninium contendit; G VIII, 39. cum ... omnis equitatus sequeretur; C I, 40, a. celeriter suo ponte Afranius ... equitatum .. omnem traiecit; C I, 40, a. ad hos opprimendos cum omni equitatu ... Afranius de nocte proficiscitur; C I, 51. Caesar ... equitatum omnem convenire iubet; C I, 82. equitatu .. omni fere incolumi; C II, 26. P. Attii equitatus omnis et una levis armaturae interiecti complures ... cernebantur; C II, 34, a. (Curio) equitatum omnem prima nocte ad castra hostium mittit; C II, 38. eo ... equitatum omnem venire iusserat; C III, 2. loco idoneo et occulto omnem exercitum equitatumque collocavit; C III, 38. omnis .. noster equitatus eas cohortes est secutus; C III, 68. subito exercitus regius equitatusque omnis venire Alexandriam nuntiatur; C III, 109. equitatum omnem ... ad id flumen misit; A 29. equitatum autem omnem ab lateribus extra fossam collocabat; A 38. Longinus omnem suum equitatum emisit; A 61. equitatum .. omnem ad bellum gerendum adducere iussit; A 68. (Caesar) equitatum .. in navibus omnem continere; Af 7. equitatu omni ex castris educto; Af 38. cum ... equitatum .. omnem intra suas munitiones recepisset; Af 40. cum omni equitatu levique armatura Iuba, Scipio, Labienus ... impetum fecerunt; Af 52. eodem .. suum omnem equitatum contulerat; Af 60. Labienus Afraniusque cum omni equitatu levique armatura ex insidiis adorti; Af 69, a.

equi: omnibus equis Gallis equitibus detractis; G I, 42.

excursus: quod ... omnem navigiorum excursum ... sublatum iri videbat; A 19.

exempla: lictores .. habent in urbe et Capitolio privati contra omnia vetustatis exempla; C I, 6, b.

exercitus: tantus subito timor omnem exercitum occupavit, ut ..; G I, 39, a. quod in conspectu Caesaris atque omnis exercitus res gerebatur; G III, 14, b. omnem .. exercitum discessisse cognoscunt; G VI, 35, b. simili omnem exercitum inopia premi; G VII, 20, c. quemadmodum ... rursus omnem exercitum contraheret; G VII, 43. omni exercitu ad utramque partem munitionum disposito; G VII, 80. omnem exercitum intra fossam continet; C I, 42. quod ... gravis autumnus ... omnem exercitum valetudine tentaverat; C III, 2, idem omnis exercitus iurat; C III, 13. ut ... omnis quidem instructus exercitus telis ex vallo obiectis protegi posset; C III, 56. quo minus omnis deleretur exercitus; C III, 70. exercitu ‖ exercitui ‖ quidem omni tantus incessit ex incommodo dolor, ... ut ..; C III, 74. f. equitatus; C III, 38.

exitus: quin paene circumvallati atque omni exitu et pabulatione interclusi viderentur; G VII, 44.

facultates: ut suis omnibus facultatibus uteretur; C III, 80, a.

familia: Orgetorix ad iudicium omnem suam familiam ... undique coëgit; G I, 4.

fides: neque omni interposita fide firmum esse posse, si ..; C I, 86.

finitimi: sibi omnes fere finitimos esse inimicos ac suae virtuti invidere; G II, 31.

flumina: omnia enim flumina atque omnes nivos ... Caesar aut averterat aut magnis operibus obstruxerat; C III, 49.

fortunae: omnibus fortunis sociorum consumptis; G I, 11. cum ... sua .. omnia impedimenta atque omnes fortunas conflagrare intellegerent; G V, 43. huc omnes fortunas exercitus Romanorum contulit; G VI, 35, b. quin in eius diei casu suarum omnium fortunarum eventum consistere existimaret; C II, 5. incolumi patris fortunisque omnibus; Af 57.

fructus: quod omnibus fructibus amissis domi nihil erat, quo famem tolerarent; G I, 28.

frumentationes: omnis nostras pabulationes frumentationesque observabat; G VII, 16.

frumentum: frumentum omne ... comburunt. G I, 5. omni ex reliquis partibus demesso frumento; G IV, 32. quod ibi ... frumentum omne, quod eo ... devexerat, relinquebat; G V, 47. frumentum omne ad se referri iubet; G VII, 71. consumpto omni frumento; G VII, 77, a. quod Afranius paene omne frumentum ante Caesaris adventum Ilerdam convexerat; C I, 48, b. ut ... naves frumentumque omne ibi contineret; C II, 18, b. quod ... frumentum .. omne conquisitum ... per equites comportarat; C III, 42. — frumenta: consumptis omnibus longe lateque frumentis; C III, 47.

fugitivi: fugitivis omnibus nostris certus erat Alexandriae receptus; C III, 110.

funditores: sagittarios funditoresque omnes sinistro cornu obiecerat; C III, 88. omnes sagittarii funditoresque ... interfecti sunt; C III, 93, b.

futura: nostris ... omnia .. victoribus erant futura in incerto; A 16.

Gallia: Gallia est omnis divisa in partes tres; G I, 1. quem (locum) ex omni Gallia opportunissimum ... iudicassent; G I, 30. (Caesarem) Galliam .. omnem ab Ariovisti iniuria posse defendere; G I, 31, a. cum omnem Galliam occupavissent; G I, 33. qua arrogantia in colloquio Ariovistus usus omni Gallia Romanis interdixisset; G I, 46. omni pacata Gallia; G II, 1. omni Gallia vexata; G II, 4, a. omni Gallia pacata; G II, 35. III, 28. quod omnis Gallia ad septentriones vergit; G IV, 20. si Gallia omnis cum Germanis consentiret; G V, 29. omnem esse in armis Galliam; G V, 41. in omni Gallia eorum hominum, qui aliquo sunt numero atque honore, genera sunt duo; G VI, 13, a. in consilio capiendo omnem Galliam respiciamus; G VII, 77, b. nolite ... temeritate vestra ... omnem Galliam prosternere; G VII, 77, c. omni Gallia devicta; G VIII, 1. quorum (Haeduorum) in omni Gallia summam esse auctoritatem sciebat; G VIII, 46, b. quod (bellum) omnis Gallia libenter sine praesenti periculo susciperet; G VIII, 49. cuius imperatoris ductu ... omnem Galliam Germaniamque pacaverint; C I, 7, b.

gentes: qui virtute belli omnibus gentibus praeferebantur; G V, 54.

genus: circiter CCXX naves ... omni genere armorum ornatissimae; G III, 14, a. quod apud eos ... omne genus cuniculorum notum ... est; G VII, 22. multitudine sagittarum atque omnis generis telorum multos vulneratos; G VII, 41. eas .. (naves) multis tormentis et omni genere telorum completas ad opera Caesaris appellebat; C I, 26, a. commeatus omni genere praeter frumentum (exercitus) abundabat; C III, 49. ex adversariis perfugere plures ex omni genere hominum; Af 19, a. ignem .. multum miserunt, sic ut omne genus *; H 11. omni genere telorum emisso; H 13, b.

Germania: ſ. Gallia; C I, 7, b.

hiberna: circuitis omnibus hibernis; G V, 2. omnibus hibernis Caesaris oppugnandis hunc esse dictum diem; G V, 27, b. legionibus .. ex omnibus hibernis ad fines Treverorum evocatis; G VIII, 52.

Hispania: uti ... Varro ... omnem ulteriorem Hispaniam tueatur; C I, 38.

homines: omnes autem homines natura libertati studere; G III, 10.

honos: ſ. dignitas; G VIII, 50.

hostes: omnes hostes terga verterunt; G I, 53. magnum .. ex eis (hostibus) numerum occidit atque omnes armis exuit; G V, 51.

ictus: ubi .. ea pars turris ... munita est ab omni ictu hostium; C II, 9, c.

impedimenta: reliquas copias cum omnibus impedimentis ... misit; G VII, 35. hos continuo in itinere adorti omnibus impedimentis exuunt; G VII, 42. quinque eiusdem legionis reliquas (cohortes) de media nocte cum omnibus impedimentis ... proficisci imperat; G VII, 60. Bellovacos ... impedimenta omnia in ulteriores silvas contulisse; G VIII, 7. agminis ordinem ita constituit, ut legio septima, octava, nona ante omnia irent impedimenta, deinde omnium impedimentorum agmen ... cogeret undecima; G VIII, 8. ponti castrisque praesidio sex cohortis reliquit atque omnia impedimenta; C I, 41. impedimenta omnia ... Apollonian praemisit; C III, 75. ſ. fortunae; G V, 43.

imperatores: quod sit omnibus datum semper imperatoribus; C I, 85, c.

imperium: sine ullo socio ... ipsa (Arsinoë) omne imperium obtinebat; A 4. — imperia: neque ab uno omnia imperia administrari poterant; G II, 22.

incolae: omnibus .. eius oppidi incolis ad unum interfectis; Af 74.

indignitates: ſ. contumeliae.

iniuria: Trinobantibus defensis atque ab omni militum iniuria prohibitis; G V, 21. civitates bonaque eorum ab omni iniuria rapinisque defendit; Af 97.

instrumentum: omni militari instrumento, quod circum se habebat, erepto; G VI, 30.

insula: ita omnis insula est in circuitu vicies centum milium passuum; G V, 13.

introitus: crebris arboribus succisis omnes introitus erant praeclusi; G V, 9.

Italia: si parvo labore ... omnem Italiam metu liberare possint; C I, 9, a. neque (se) sibi iudicium sumpturos contra atque omnis Italia populusque Romanus iudicavisset; C III, 12.

iter: omni hoc itinere una nocte equitatu confecto; G IV, 4. omni ad Hiberum intercluso itinere; C I, 72. (Varro) omni interclusus itinere; C II, 20, b. — itinera: interclusis omnibus itineribus; G VII, 65. equitatum ... omnia loca atque itinera obsidere; C I, 67.

iumenta: omnibus undique conquisitis iumentis; C I, 60. omnia sarcinaria iumenta interfici iubent; C I, 81. oppidanis .. imperat, ut plostra iumentaque omnia sequantur; Af 9.

iuniores: ut omnes iuniores Italiae coniurarent; G VII, 1. uti omnes eius provinciae iuniores, Graeci civesque Romani, iurandi causa convenirent; C III, 102, a.

iura: in hos eadem omnia sunt iura, quae dominis in servos; G VI, 13, a. omnia divina humanaque iura permiscentur; C I, 6, b.

iuventus: omnis iuventus, omnes etiam gravioris aetatis ... eo convenerant; G III, 16. facile erat ... prospicere in urbem, ut omnis iuventus ... omnesque superioris aetatis ... manus tenderent; C II, 5.

labor: qui (milites) ... ad omnem laborem animo parati imperio paruerunt; C III, 95. — labores: Romani ... finem laborum omnium exspectant; G VII, 85. quod eum omnium laborum finem fore existimabant; C I, 68.

laudes: Caesar illum ... omnibus laudibus prosecutus dat signum pugnae; A 15.

legati: ab omnibus legatis quaestoreque ... certior factus est in hiberna perventum; G V, 25.

legiones: Caesar in Belgis omnium legionum hiberna constituit; G IV, 38. harum tamen omnium legionum hiberna ... milibus passuum centum continebantur; G V, 24. impedimenta omnium legionum Aduatucam contulit; G VI, 32. prius .. omnes (legiones) in unum locum cogit, quam ..; G VII, 9. electos ex omnibus legionibus fortissimos viros, antesignanos, centuriones, Caesar ei classi attribuerat; C I, 57. receptis .. omnibus in una castra legionibus; C III, 82, a. quod .. omnes tres legiones adducturum Domitium putasset; A 35. militibus veteranis impositis, quorum magnam copiam habebat ex omnibus legionibus; A 44, b. legionibus omnibus expeditis; A 73. vigilia tertia iubet omnes legiones ex castris educi; Af 37. convocatis omnium legionum tribunis centurionibusque; Af 54, a. ex legionibus omnibus milites ... uno commeatu Caesari occurrerunt; Af 77. omnibus legionibus eductis; Af 77.

legionarii: omnibus legionariis ab hostium equitatu circumventis; Af 15.

liberi: qui (Bibulus) de servis liberisque omnibus ad impuberes supplicium sumit; C III, 14. ſ. senatores; C I, 23.

litora: a Salonis ad Oricum portus, || Sasonis ad Curici portum || stationes litoraque omnia longe lateque classibus occupavit; C III, 8. portus litoraque omnia classibus adversariorum teneri; C III, 14. omnia litora a Caesare tenebantur; C III, 15. quod praestare arbitrabatur unum locum ... quam omnia litora ac portus custodia clausos teneri; C III, 23. quod tanta diligentia omnia litora a Pompeianis tenebantur; C III, 42, omnia litora naturaliter aquae dulcis venas habere. quod si alia esset litoris Aegyptii natura atque omnium reliquorum, tamen ..; A 8.

locus: hae (casae) celeriter ignem comprehenderunt et venti magnitudine in omnem locum castrorum distulerunt; G V, 43. quae (palus) ... illum omnem locum magnopere impediret; G VII, 57. sub muro ... hunc omnem locum copiae Gallorum compleverant; G VII, 69. aeque omnem sibi locum tutum fore existimans; C III, 106. — loca: ut ... equites vero ... omnibus in locis se legionariis militibus praeferrent; G II, 27. cum ... iam omnia fere superiora loca multitudine armatorum completa conspicerentur; G III, 3. praeda ex omnibus locis agebatur; G VI, 43. cum in omnibus locis ... pugnaretur; G VII, 25. ut (equites) paulo tumultuosius omnibus locis vagarentur; G VII, 45, a. taleae ... omnibus locis

disserebantur; G VII, 73, b. nihil relinquebatur, quod ad ornatum portarum, itinerum, locorum omnium ... excogitari poterat; G VIII, 51, facile erat ex castris C. Treboni atque omnibus superioribus locis prospicere in urbem; C II, 5. qui (tabellarii) a Cn. Pompeio dispositi omnibus locis essent; H 2. hic etiam ... omnia loca ... turribus et munitionibus retinentur; H 8. ſ. colles; G III, 24, b. itinera; C I, 67. **locus**, V, 1. zum Satz, omnibus (7 St.) S. 579, b.

maiores: omnes maiores natu ex oppido egressi ... significare coeperunt ..; G II, 13. omnibus principibus maioribusque natu adhibitis; G IV, 13.

mala: Massilienses omnibus defessi malis; C II, 22.

mare: quo facilius omne Hadriaticum mare ... in potestate haberet; C I, 25, a.

matres: omnium seniorum, matrum familiae, virginum precibus et fletu excitati; C II, 4.

materia; omnem eam materiam, quae erat caesa, conversam ad hostem collocabat; G III, 29. omnem materiem circum oppidum succisam intro congessit; H 41.

membra: omnibus membris expeditis; G IV, 24.

milites: cupidissimis omnibus (militibus) progressus milia passuum XXV; G VII, 40. omnes eorum milites in potestate Caesaris teneri; G VII, 43. omnes milites intenti pugnae proventum exspectabant; G VII, 80. cum omnes milites naves conscendissent; C I, 27. omnium esse militum paratissimos animos; C I, 71. milites ad unum omnes interficiuntur; C II, 42. conclamantibus omnibus (militibus), imperaret, quod vellet; C III, 6. omnes fere milites ... tunicas aut tegimenta fecerant; C III, 44, b. milites .. omnes intra castrorum munitionem continuit; C III, 76. milites tamen omnes in armis esse iussit; C III, 109. Caesar iubet milites, qui ... processerant, ... omnes intra munitiones ... se recipere; Af 31, a. ii omnes Scipionis milites ... ad unum sunt interfecti; Af 85, b. vgl. C, a, II, 3. praecurro ante.

modi: omnibus modis huic rei studendum, ut ..; G VII, 14, a. erant sententiae, quae conandum omnibus modis castraque Vari oppugnanda censerent; C II, 30.

montes: ex omnibus montibus (tempestas) nives proluit; C I, 48, a.

motus: qui (Commius) ... semper ad omnes motus paratus suis civibus esse consuesset; G VIII, 47.

mulieres: praesectis omnium mulierum crinibus tormenta effecerunt; C III, 9, a.

multitudo: omnis ex fuga Suessionum multitudo in oppidum proxima nocte convenit; G II, 12. ad hunc se confestim a Pulione omnis multitudo convertit; G V, 44, b. hostes ... omnem ad eum (Caesarem) multitudinem convertisse; G V, 49. conclamat omnis multitudo; G VII, 21. ut ... omnis .. ex castris multitudo ad restinguendum concurreret; G VII, 24. ut omni multitudine in fines Suessionum ... facerent impressionem; G VIII, 6. omnis multitudo capitur impedimentorum; G VIII, 29. quorum omnis postea multitudo aquatorum unum in locum conveniebat; G VIII, 41. cum liberis omnis multitudo obviam procedebat; G VIII, 51. omnis sese multitudo effudit; C II, 7. Androsthenes ... omnem ex agris multitudinem servorum ac liberorum in oppidum cogit; C III, 80, a. omnis .. multitudo sagittariorum se profudit; C III, 93, a. in hoc omnis multitudo maiestatem regiam minui praedicabat; C III, 106. paratam enim || enim omnem | multitudinem esse ... facere id, quod rex imperasset; A 23. paene omni reliqua multitudine interfecta; A 29. omnis enim multitudo oppidanorum ... advenienti Caesari occurrerunt; A 32. interfecta multitudine omni suorum aut capta; A 76.

municipia: duumviris municipiorum omnium imperat, ut naves conquirant; C I, 30, a. vos ... omnia .. deinceps municipia sunt secuta; C II, 32, a. ſ. coloniae; G VIII, 51.

munitio: ut (milites) ... omnem munitionem expleant; C I, 21. — munitiones: reliquas omnes munitiones ab ea fossa pedes quadringentos reduxit; G VII, 72. excipit rursus ex vallo atque omnibus munitionibus clamor; G VII, 88. munitiones quidem omnes integrae erant; C III, 66.

munera: ea (munera) constanter omnia aspernabatur; A 36.

muri: muri .. omnes Gallici hac fere forma sunt; G VII, 23.

natio: natio est omnis Gallorum admodum dedita religionibus; G VI, 16. — nationes: quod nomen (legatorum) ad omnes nationes sanctum ... semper fuisset; G III, 9, a.

naves: quae (naves) omnes incolumes ad continentem pervenerunt; G IV, 36. has omnes (naves) actuarias imperat fieri; G V, 1. accessum est ad Britanniam omnibus navibus meridiano fere tempore; G V, 8. prope omnes naves afflictas ... esse; G V, 10. commodissimum esse statuit omnes naves subduci; G V, 11. quo fere omnes ex Gallia naves appelluntur; G V, 13. uti ... perpaucae (naves) locum caperent, reliquae fere omnes reicerentur; G V, 23. omnes .. incolumes naves perduxit; G V, 23. omnibus coactis navibus; C I, 29. quae (naves) omnes citeriorem Hispaniam petiverunt; C II, 7. omnes (onerariae naves) Uticam relinquunt; C II, 25, b. omnes .. (naves) incendit; C III, 8. naves .. omnes revocat; C III, 14. ita ut (naves) ad unam omnes ... eliderentur; C III, 27. naves onerarias XXX ... aggressus omnes incendit; C III, 40. omnes naves incendit XXXV; C III, 101, a. quarum (navium) erant L auxilio missae ad Pompeium, ... illae triremes omnes et quinqueremes aptae instructaeque omnibus rebus ad navigandum, praeter has XXII, ... constratae omnes; C III, 111. omnes .. eas naves ... incendit; C III, 111. naves omnes, quas paratas habuerant ad navigandum, propugnatoribus instruxerunt; A 10. nostris (navibus) incolumibus omnibus; A 16. sagittarius .. ex omnibus navibus ductis in castra; Af 20, a. hortatur, omnes ut se naves consequerentur; Af 63. omnibus .. reliquis (navibus) ab iis aut subductis aut in cothonem compulsis; Af 63.

necessarii: ſ. amici.

nobilitas: ne omnis nobilitatis discessu plebs ... laberetur; G V, 3. non sine causa fieri, ut Gallia omni nobilitate spoliaretur; G V, 6. omni nobilitate Haeduorum interfecta; G VI, 12, a. ſ. equitatus; G I, 31, b. VII, 38, a.

numerus: ut perpaucae (naves) ex omni numero ... ad terram pervenerint; G III, 15. ex omni numero ... vix DCCC ... incolumes ad Vercingetorigem pervenerunt; G VII, 28. duces hostium LX milia ex omni numero deligunt; G VII, 83. equites .. ex omni numero mille (Correum delegisse); G VIII, 17.

obaerati: ſ. clientes.

obsides: quin de omnibus obsidibus ... gravissimum supplicium sumat; G I, 31, d. huc Caesar omnes obsides Galliae ... contulerat; G VII, 55, a.

opinio: eo cum de improviso celeriusque omni opinione venisset; G II, 3.

oppida: oppida sua omnia ... incendunt; G I, 5. hiemare Dyrrhachii, Apolloniae omnibusque

oppidis maritimis constituerat; C III, 5. ſ. cruciatus; G I, 32.

opus: (sublicae) cum omni opere coniunctae; G IV, 17, b. diebus decem ... omni opere effecto exercitus traducitur; G IV, 18. sic deinceps omne opus contexitur; G VIII, 23. hoc opus omne tectum vineis ad ipsam turrim perficiunt; C II, 10.

ora: huius est civitatis longe amplissima auctoritas omnis orae maritimae regionum earum; G III, 8. omni ora maritima celeriter ad suam sententiam perducta; G III, 8. omni ora maritima classem disposuerat; C III, 5. si (Pompeius) ... se omni maritima ora excludere conaretur; C III, 78, b.

oratio: quem ubi Caesar intellexit praesentis periculi atque inopiae vitandae causa omnem orationem instituisse; C III, 17.

ordines: omnium .. ordinum ad id consilium adhibitis centurionibus; G I, 40, a. sic omnium ordinum partis in misericordia constitisse; C I, 85, a. ſ. cohortes.

ornamenta: pecuniam omnem omniaque ornamenta ex fano Herculis in oppidum Gadis contulit; C II, 18, a.

ostia: erant omnibus ostiis Nili custodiae ... dispositae; A 13.

pabulationes: ſ. frumentationes.

pagi: ſ. civitates; G VI, 11.

pars: capillo sunt promisso atque omni parte corporis rasa praeter caput et labrum superius; G V, 14. ex omni parte lapidibus coniectis; G V, 43. totum .. murum ex omni parte turribus contabulaverant; G VII, 22. omni ex parte summotis hostibus; G VII, 25. erat ... collis ... ex omni parte circumcisus; G VII, 36. exploratores hostium, ut omni fluminis parte erant dispositi, ... opprimuntur; G VII, 61. omnem enim illam partem regionemque vivo Cn. Pompeio bellum instauraturam esse credebat; A 42, b. — partes: cum ... calones, equites, funditores ... in omnes partes fugere vidissent; G II, 24. quod (oppidum) cum ex omnibus in circuitu partibus altissimas rupes despectusque haberet; G II, 29. hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere; G III, 4. subito ex omnibus partibus silvae evolaverunt; G III, 28. Suevos ... nuntios in omnes partes dimisisse; G IV, 19. conferta legione ex omnibus partibus tela conici animadvertit; G IV, 32. primo per omnes partes perequitant; G IV, 33. barbari nuntios in omnes partes dimiserunt; G IV, 34. ut nostri omnibus partibus superiores fuerint; G V, 15. repente ex omnibus partibus (hostes) ad pabulatores advolaverunt; G V, 17. speculatoribus in omnes partes dimissis; G V, 49. simul ex omnibus partibus castra altiore vallo muniri ... iubet; G V, 50. tela intra munitionem ex omnibus partibus coniciunt; G V, 51. nuntios legationesque in omnes partes dimittebant; G V, 53. erat ... omnis in partis dispersa multitudo; G VI, 34, a. haec in omnibus Eburonum partibus gerebantur; G VI, 35, a. ex omnibus partibus impetum faciunt; G VI, 39. magno coacto numero ex finitimis civitatibus in omnes partes dimittit; G VI, 43. tanto in omnis partis diviso equitatu; G VI, 43. ut in omnis partes equites quam latissime pervagentur; G VII, 9. in omnibus partibus incendia conspiciuntur; G VII, 15. prope ex omnibus partibus flumine et palude circumdata (urbs); G VII, 15. hunc (collem) ex omnibus fere partibus palus difficilis atque impedita cingebat; G VII, 19. illi subito ex omnibus partibus evolaverunt; G VII, 27. ex omnibus urbis partibus orto clamore; G VII, 47, b. legationes in omnes partes circummittuntur; G VII, 63. quae (cohortes) ... ad omnes partes opponebantur; G VII, 65. pugnatur una omnibus in partibus; G VII, 67. reliquis ex omnibus partibus colles ... oppidum cingebant; G VII, 69. ex omnibus partibus ... clamore et ululatu suorum animos confirmabant; G VII, 80. equites .. et auxiliarios pedites in omnes partes mittit; G VIII, 5. equitum turmas dimittit in omnes partes; G VIII, 7. campum ... non amplius patentem in omnes partes passibus mille; G VIII, 18. cum in omnes partes finium Ambiorigis aut legiones aut auxilia dimisisset; G VIII, 25. omnes oppidi partes praeruptissimis saxis esse munitas; G VIII, 33. ita repente omnibus ex partibus signo dato loca superiora capiuntur; G VIII, 36. ex omnibus oppidi partibus cohortes montem ascendere ... iubet; G VIII, 43. cum in omnibus partibus Galliae bene res geri videret; G VIII, 46, a. id .. ex omnibus partibus ab eo flagitabatur; C I, 71. iam ex omnibus partibus subito Antonianae scaphae signo dato se in hostes incitaverunt; C III, 24. cum suos ex omnibus partibus vulnerari videret; C III, 45. locum in omnes partes quam maxime impediri (iussit); C III, 46. complures .. milites huius urbis omnibus partibus interficiebantur; C III, 106. omnes oppidi partes, quae minus esse firmae videntur, testudinibus ac musculis tentantur; A 1. in omnes partes ... legatos conquisitoresque ... miserant; A 2. omnibus urbis partibus exclusis, quae ab ipso (Ganymede) tenebantur; A 6. quod erat ipse (locus) excelsior planicie ex omnibus partibus subiecta; A 28. Alexandrini trepidantes in omnes partes castrorum discurrere coeperunt; A 31. ut paene eodem tempore ex omnibus partibus, primi tamen editissimum castrorum locum caperent; A 31. ſ. civitates; G VI, 11.

pecunia: huius omnis pecuniae coniunctim ratio habetur; G VI, 19. quo ex cuncto regno omnem pecuniam ... comportaverat; Af 91, a. ſ. ornamenta.

periculum: quae (oppida) non munitione ... ab omni sint periculo tuta; G VII, 14, b. unam fore tabellam, qui liberandos omni periculo censerent; C III, 83. — pericula: ut ... paratiores ad omnia pericula subeunda essent; G I, 5. ſ. detrimenta.

planicies: omnem eam planiciem ... complent; G VII, 79.

plostra: ſ. iumenta; Af 9.

pollicitationes: omnibus pollicitationibus ac praemiis deposcunt, qui belli initium faciant; G VII, 1.

pontes: omnibus interruptis eius fluminis pontibus; G VII, 34.

populus: ſ. Italia; C III, 12.

portae: omnibus portis eruptione facta; G III, 6. V, 51. (legiones) omnibus portis in sua castra fugere coeperunt; Af 40. omnibus .. portis custodias ponit; Af 88, b.

portus: portus omnes timens, quod teneri ab adversariis arbitrabantur; C III, 6. ſ. litora; C III, 8. 14. 23.

praeda: praedam omnem domum avertebant; C III, 59. praeda omni regia militibus condonata; A 77.

praemia: ſ. pollicitationes.

praesidia: quos Pompeius ... omnia sua praesidia circumduxit; C III, 61. uno tempore praesidiis omnibus deductis; C III, 73, a. Caesar postero die ex omnibus praesidiis cohortes deduxit; Af 41.

preces: ille omnibus primo precibus petere contendit, ut in Gallia relinqueretur; G V, 6. omnibus precibus detestatus Ambiorigem; G VI, 31.

cum matresfamiliae ... omnibus precibus petierunt, ne ..; G VII, 26. hi (Mandubii) ... flentes omnibus precibus orabant, ut ..; G VII, 78.

principes: constituisse .. Bellovacos omnium principum consensu ... offerre se ad dimicandum; G VIII, 7.

priores: cum ... priores ... omnes in fuga sibi praesidium ponerent; G II, 11.

proelia: cum horum omnium (proeliorum) ratio haberetur; C III, 53. nostri non amplius xx omnibus sunt proeliis desiderati; C III, 53. omnibus interfui proeliis; C III, 87.

propinqui: his (obsidibus) adductis, in iis filio propinquisque eius omnibus; G V, 4. fratribus atque omnibus meis propinquis interfectis; G VII, 38, a.

prospectus: quin ... ex omni prospectu locum spectaculo caperet; A 15.

proventus: errare, si qui in bello omnis secundos rerum proventus exspectent; G VII, 29.

provincia: quem (equitatum) ex omni provincia et Haeduis ... coactum habebat; G I, 15. quod omnem provinciam consentire intellegebat; C I, 30, b. multum (frumentum) ex omni provincia comportabatur; C I, 49. ad ea perficienda opera C. Trebonius magnam iumentorum atque hominum multitudinem ex omni provincia vocat; C II, 1. consentire omnem citeriorem provinciam; C II, 17. provinciam omnem in sua et Pompei verba insiurandum adigebat; C II, 18, b. provinciam enim omnem Caesaris rebus favere cognoverat; C II, 18, b. nemo ... non cum omni provincia consenserat in odio Cassi; A 53. — provinciae: dimisit circum omnes propinquas provincias; C III, 112, b. omnium .. earum provinciarum de controversiis cognoscit; A 78. initio quaesturae suae eam provinciam ex omnibus provinciis sibi peculiarem constituisse; H 42, a. ſ. civitates; C III, 79, a.

puberes: quo lege communi omnes puberes armati convenire consuerunt; G V, 56. ne gravius permoti milites ... diutino labore omnes puberes interficerent; C II, 13.

ratio: quod fuit illis ... omni ratione efficiendum; C I, 65. quare omni ratione esse interdiu perrumpendum; C I, 67. omnem sibi commutandam belli rationem existimavit; C III, 73, a. eo .. omnem belli rationem conferre constituit; C III, 81. omni ratione esse vicendum cogitarent; A 8. omni ratione Caesar contendendum existimavit, ut ..; A 17. — rationes: sese .. paratos demonstrant omnibus rationibus de iniuriis satisfacere; G V, 1.

regio: quae regio (Cantium) est maritima omnis; G V, 14. quae (legiones) omnem illam regionem coniunctam Oceano continerent; G VIII, 46, b. loca sunt egregia omni illa regione ad tenendas ancoras; A 9. adversarios ... omnem .. regionem Africae exinanisse frumento; Af 20, b. ſ. pars; A 42, b. — regiones: perspectis regionibus omnibus; G IV, 21. cum omnes regiones Galliae togatae Caesar percucurrisset; G VIII, 52. eo ... frumentum commeatumque ab Asia atque omnibus regionibus, quas tenebat, comportari imperat; C III, 42. (cum milites perfugerent) earum .. regionum omnium, quae a Caesare tenebantur; C III, 61. omnes .. eas regiones, per quas iter faciebat, ... pacarat; A 26.

res: fidem .. suam in re omni interponit; A 63, b. — plur.: omnibus rebus ad profectionem comparatis; G I, 6. his omnibus rebus unum repugnabat, quod ..; G I, 19. cui summam omnium rerum fidem habebat; G I, 19. Helvetii omnium rerum inopia adducti legatos ... miserunt; G I, 27. quarum omnium rerum summa erat capitum Helvetiorum milia CCLXIII; G I, 29. omnium rerum, quae ad bellum usui erant, summa erat in eo oppido facultas; G I, 38. quibus omnibus rebus permoti equites Treveri ... domum contenderunt; G II, 24. quarum rerum omnium nostris navibus casus erat extimescendus; G III, 13, b. Sabinus idoneo omnibus rebus loco castris sese tenebat; G III, 17. desperatis omnibus rebus. G III, 26. qui omnibus rebus subito perterrit; G IV, 14. omnibus rebus iis confectis, quarum rerum causa traducere exercitum constituerat; G IV, 19. ut exploratis omnibus rebus ad se quam primum revertatur; G IV, 21. monuit, ... ad tempus omnes res ab iis administrarentur; G IV, 23. in summa omnium rerum inopia; G V, 2. omnibus ad Britannicum bellum rebus comparatis; G V, 4. reliquas (naves) ... omnibus rebus instructas invenit; G V, 5. omnibus rebus postpositis; G V, 7. quibus omnibus rebus hostes invitati copias traducunt; G V, 51. ex his omnibus iudicat rebus, ... quanta cum virtute res sint administratae; G V, 52. quorum ad arbitrium ... summa omnium rerum consiliorumque redeat; G VI, 11. militiae vacationem omniumque rerum (druides) habent immunitatem; G VI, 14. omnium .. his rerum postea fides derogatur; G VI, 23. multum cum in omnibus rebus tum in re militari potest fortuna; G VI, 30. quarum omnium rerum maxime admirandum videbatur, quod ..; G VI, 42. ut ... his ... rerum omnium inopia pereundum videretur; G VI, 43. quam (civitatem Caesar) ipse semper aluisset omnibusque rebus ornasset; G VII, 33. ut ... omnibus omissis rebus huic bello servirent; G VII, 34. omnibus rebus inserviendum statuit, quo celerius hostis ... prodiret in aciem; G VIII, 8. rebus iis, quae ad se essent delatae, omnibus expositis; G VIII, 8. nudata omnibus rebus tribunicia potestate; C I, 7, a. exercitum .. eius (Caesaris) omnibus rebus iuvant; C I, 15, a. omnibus rebus in eo perseverandum putabat; C I, 26, b. qui (Pompeius) omnibus rebus imparatissimis non necessarium bellum suscepisset; C I, 30, b. exercitus Afrani omnium rerum abundabat copia; C I, 49. harum omnium rerum facultates sine ullo periculo pons Ilerdae praebebat; C I, 49. ut ... illi omnibus abundarent rebus; C I, 52. sic omnibus rebus instructa classe; C I, 56. tandem omnibus rebus obsessi ... colloquium petunt; C I, 84. perpessos omnium rerum inopiam; C I, 84. tanti erant antiquitus in oppido omnium rerum ad bellum apparatus, ... ut ..; C II, 2. testudo ... convoluta omnibus rebus, quibus ignis iactus et lapides defendi possent; C II, 2. has (naves) ... omnibus rebus instruxerat; C II, 5. ut est rerum omnium magister usus; C II, 8. quae res omnium rerum copia complevit exercitum; C II, 25, b. quibus rebus omnibus sublatis (Curio); C II, 37. quod ... summam belli rerumque omnium Pompeio permiserint; C III, 16. conventus civium Romanorum ... Antonium recipit omnibusque rebus iuvit; C III, 29. se domo patriaque expulsos omnibus necessariis egere rebus; C III, 32, b. cum illi omnium rerum copia abundarent; C III, 47. obstructis omnibus rebus castrorum portis; C III, 54. cognitis omnibus rebus; C III, 61. cum omnibus rebus nostri premerentur; C III, 63, b. quantum usum haberet ad sublevandam omnium rerum inopiam potiri oppido pleno; C III, 80, b. Caesar omnibus rebus relictis persequendum sibi Pompeium existimavit; C III, 102, a. urbs ... copiosissima omnium rerum apparatus suggerebat; A 3. se .. ad confligendum omnibus rebus paraverunt; A 13. quibus omnibus rebus perturbati milites nostri; A 20, b. sic rebus

omnibus confectis; A 33. summa .. ibi difficultate rerum omnium pressus (Gabinius); A 43. omnibus suis rebus celeriter correptis; A 64. ibi rebus omnibus provinciae ... constitutis; A 66. Alieno praetori ... de omnibus rebus praecipit; Af 2. rebus, quae ad victum pertinent, omnibus corruptis; Af 47. Caesar ... equo admisso omissis omnibus rebus celeriter pervenit Leptim; Af 65. omnibus .. rebus eorum (incolarum) congestis: Af 87, a omnibus rebus diligentissime constitutis; Af 88, a. omnibus rebus eo coacervatis; Af 91, a. omnibus suis rebus relictis; H 13, a. ut tuo consilio, gratia, dignitate, ope omnium rerum uti possim; F 14. ut tuis consiliis atque opibus ... in omnibus rebus utar; F 15. ſ. naves; C III, 111.

respublica: libera comitia atque omnis respublica senatui populoque Romano permittatur; C I, 9, b.

reges: magnam imperatam Asiae, Syriae reregibusque omnibus et dynastis et tetrarchis ... pecuniam exegerat; C III, 3. ſ. dynastae.

rivi: ſ. flumina.

sacra: sacris omnibus prolatis, quorum religione precari offensos ... animos regum erant soliti; A 32.

sagittarii: sagittarios .. omnes ... conquiri ... iubet; G VII, 31. ſ. funditores.

saltus: ſ. vada; G VII, 19.

salus: cum ... omnem Galliae salutem in illo vestigio temporis positam arbitrarentur; G VII, 25. Galli ... de omni salute desperant; G VII, 85.

scaphae: ut primo vespere omnes scaphas ad litus appulsas habeant; C II, 43.

semitae: omnibus viis semitisque essedarios ex silvis emittebat; G V, 19.

senatores: Caesar ... omnes senatores senatorumque liberos, tribunos militum equitesque Romanos ad se produci iubet; C I, 23. T. Ampium ... senatores omnes ex provincia evocasse; C III, 105.

senatus: omnem senatum ad se convenire ... iussit; G II, 5. omni senatu necato; G III, 16. cum is (Caesar) omnem ad se senatum venire iussisset; G V, 54. senatum .. omnem ... ad se Decetiam evocavit; G VII, 33. ſ. equitatus; G I, 31, b.

seniores: ſ. matres.

sermones: haec omnibus ferebat sermonibus; C II, 17.

servi: servos .. omnes puberes liberaverunt; C III, 9, a.

spatium: inferiore omni spatio vacuo relicto; G VII, 46.

speculatores: ſ. apparitores.

spes: cum in una virtute omnis spes salutis consisteret; G II, 33. (milites) omnem spem salutis in virtute ponerent; G III, 5. cum omnis Gallicis navibus spes in velis armamentisque consisteret; G III, 14, b. omni spe impetrandi adempta; G V, 6. omni deposita spe contentionis; G G V, 19. omnem spem salutis in virtute ponebant; G V, 34. quod omnem spem hostes in celeritate ponebant; G V, 39. quod omnem rei frumentariae fluminisque Hiberi spem dimiserant; C I, 73. suos .. hortatur, ut spem omnem in virtute reponant; C II, 41, a.

stationes: ſ. litora; C III, 8.

studium: omni studio ad parandam classem incubuerunt; A 12. ſ. celeritas.

suspiciones: monet, ut in reliquum tempus omnes suspiciones vitet; G I, 20.

tela: consumptis omnibus telis; C I, 46.

tempus: ita se omni tempore de populo Romano meritos esse, ut ..; G I, 11. ut omni tempore totius Galliae principatum Haedui tenuissent, G I, 43, b. Bellovacos omni tempore in fide atque amicitia civitatis Haeduae fuisse; G II, 14. qui (ventus) magnam partem omnis temporis in his locis flare consuevit; G V, 7. spatia omnis temporis non numero dierum, sed noctium finiunt; G VI, 18. ut, quidquid intercederet temporis, hoc omne victoriam morari videretur; C II, 39. eam civitatem omni tempore optime de populo Romano meritam esse; H 3, a. — **tempora**: ut ... omnium temporum dignitatem et gratiam (Haedui) antecessisse viderentur; G VII, 54. omnium temporum iniurias inimicorum in se commemorat; C I, 7, a.

terra: ipse (Bibulus) omni terra earum regionum prohibebatur; C III, 15.

tetrarchae: ſ. reges.

timor: despectis eius copiis (exercitus) omnem timorem deponit; Af 48.

tirones: qui (tirones) omnes ... interficiuntur; C III, 28, b.

tormenta: igni atque omnibus tormentis excruciatas (uxores) interficiunt; G VI, 19. maiore commisso delicto igni atque omnibus tormentis necat; G VII, 4, b.

tribuni: ſ. senatores; C I, 23.

tyranni: ſ. dynastae.

vada: hostes .. notis omnibus vadis ... impeditos adoriebantur; G IV, 26. omnia vada ac † saltus eius paludis obtinebant; G VII, 19.

vectigalia: (Dumnorigem) portoria reliquaque omnia Haeduorum vectigalia parvo pretio redempta habere; G I, 18, a.

viae: obsessis omnibus viis missi intercipiuntur; G V, 40. cum ... omnes viae ab Afranianis militibus ... obsiderentur; C I, 54. ſ. angiporta. semitae.

vici: ſ. aedificia; G II, 7. IV, 19. VI, 43.

villae: ut in agris et in omnibus fere villis sub terra specus frumenti condendi gratia clam habeant; Af 65.

virgines: ſ. matres.

vita: vita omnis in venationibus atque in studiis rei militaris consistit; G VI, 21.

usus: ut ... his (velis armamentisque) ereptis omnis usus navium uno tempore eriperetur; G III, 14, b.

vulnera: omnia vulnera (nostri) sustinebant; C I, 45.

B. **mit Pronomina**: 1. **perſönliches**: quorum in consilio omnium vestrum consensu pristinae residere virtutis memoria videtur; G VII, 77, a.

2. **Poſſeſſive**: **nostri**: in ea re omnium nostrorum intentis animis; G III, 22. nostri ad unum omnes incolumes ... se in castra receperunt; G IV, 15. nostris omnibus occupatis; G IV, 34. prima luce .. nostri omnes erant transportati; G VII, 62, a.

sui: cum omnibus suis domo excesserant; G IV, 14. nostri ... suis omnibus consecutis in hostes impetum fecerunt; G IV, 26. se suosque omnes in officio futuros ... confirmavit; G V, 3. centuriones ... suos .. omnes removerunt; G V, 43. tanta diligentia omnes suos custodiis intra castra continuit, ut ..; G V, 58. tanta contumelia accepta omnium suorum voluntates alienare; G VII, 10. suos .. omnes incolumes receperunt; G VII, 12. qua in re omnium suorum vitae consulendum putarint; C I, 85, a. suis omnibus praeter Fabium incolumibus; C II, 35, b. omnium suorum consensu Curio reliquas copias exspectare ... parabat; C II, 37. suos .. omnes in castris continuit; C III, 30, b. Menedemus ... omnium

suorum excellens studium profitebatur; C III, 34. Pompeius ... suorum omnium hortatu statuerat proelio decertare; C III, 86. suis .. omnibus incolumibus; A 47. Caesar ... omnes suos ad unum in castra incolumes .. reduxit; Af 70.

sua: qui dicerent se suaque omnia in fidem ... populi Romani permittere; G II, 3. qui (Bellovaci) cum se suaque omnia in oppidum Bratuspantium contulissent; G II, 13. qui (Ambiani) se suaque omnia sine mora dediderunt; G II, 15. sua omnia in unum oppidum ... contulerunt; G II, 29. se suaque omnia eorum potestati permittere dixerunt; G II, 31. sua deportabant omnia seque in proxima oppida recipiebant; G III, 12. se suaque omnia Caesari dediderunt; G III, 16. eo se suaque omnia contulerunt; G III, 28. sua .. omnia exportaverant seque ... abdiderant; G IV, 18. uti ... liberos, uxores suaque omnia in silvis deponerent; G IV, 19. ut ... sua .. omnia ex agris in oppida conferant; G VI, 10. multi ... se suaque omnia alienissimis crediderunt; G VI, 31. C. interim Vergilius ... se .. et sua omnia et oppidum proconsuli tradit; Af 94. Pompeiae cum Fausti liberis Caesar incolumitatem suaque omnia concessit; Af 95.

3. **demonstrative:** hi (14 St.), haec (9 St.): ſ. **hic,** B. omnis (S. 433). — ei (5 St.), ea (2 St.): ſ. **is,** B. omnis (S. 529, b.).

3. **Relativ:** qui: quorum omnium gratiam atque amicitiam eius (Caesaris) morte redimere posset; G I, 44, d. qui omnes fere iis nominibus civitatum appellantur, quibus orti ex civitatibus eo pervenerunt; G V, 12. qui omnes sub eorum imperio sunt; G V, 39. qui omnes ... in oppidum ... sese recipiunt; C II, 35, b. quos omnes conservatos Caesar domum remisit; C III, 27. quos omnes Cato convocatos una cum CCC ... hortatur, ut ..; Af 88, a.

quae: quae omnia ab his diligenter ad diem facta sunt; G II, 5. quae omnia fere Gallis erant incognita; G IV, 20. quae tamen omnia et se tulisse patienter et esse laturum; C I, 85, c.

5. **allgemeine:** alia: senatus frequens in alia omnia transiit; G VIII, 53.

reliqui: reliquos omnes ... in deditionem accepit; G I, 28. reliquos omnes equitatu consecuti nostri interfecerunt; G I, 53. sibi ... Lemovices, Andos reliquosque omnes, qui Oceanum attingunt, adiungit; G VII, 4, b. ita rem moderando discusserunt ‖ *at reliqui tamen omnes eo* discesserunt ‖; G VIII, 52. reliquos enim omnis officium suum praestitisse; C I, 85, a. reliquos omnes earum turmarum aut interfecerunt aut captos ad Domitium deduxerunt; C III, 38.

C. **allein: a. masc.** (plur.): I. **Subject:** adeunt: facile erat ... prospicere in urbem, ut omnis iuventus ... omnesque superioris aetatis ... aut ... manus tenderent, aut templa ... adirent ... et ... victoriam ... exposcerent; C II, 5.

agunt: agunt gratias omnes omnibus, quod sibi ... pepercissent; C I, 74, a. omnes .. de honoribus suis ... agebant; C III, 83.

arbitrantur: omnes .. se iam ab equitatu circumveniri arbitrabantur; C II, 34, b.

ardent: ut ... omnes arderent cupiditate pugnandi; C III, 74.

calent: an ego, cum omnes caleant, ignaviter aliquid faciam? F 26.

circumsistunt: omnes uno consilio Domitium productum in publicum circumsistunt et custodiunt; C I, 20.

coeperunt: omnes qui aderant, ... auxilium a Caesare petere coeperunt; G I, 32.

conclamant: conclamant omnes occasionem negotii bene gerendi amittendam non esse; G III, 18.

confugiunt: protinus .. omnes ... in altissimos montes ... confugerunt; C III, 95.

coniungunt: omnes .. ibi se coniunxisse et T. ‖ M. ‖ Thorium Italicensem ducem delegisse; A 57, a.

conveniunt: ſ. **convenio, II.** alqs; G I, 6. III, 16. IV, 19. V, 2. VI, 13, b (S. 227, b).

cupiunt: Crassus ... cohortatus suos omnibus cupientibus ad hostium castra contendit; G III, 24.

custodiunt: ſ. circumsistunt.

decedunt, defugiunt: his omnes decedunt. aditum sermonemque defugiunt; G VI, 13, b.

defetiscuntur: multis vulneratis ac defessis instando omnibus; Af 70.

deligunt: ſ. coniungunt.

discedunt: ex ea parte vici ... omnes noctu discessisse; G III, 2. ut omnes ab exercitibus discederent; C I, 9, a. discedant in Italia omnes ab armis; C I, 9, b.

egrediuntur, exspectant: Caesar celeriter de navibus imperat omnes egredi atque in litore armatos reliquos advenientis milites exspectare; Af 11.

exposcunt: ſ. adeunt.

faciunt: cum ... omnes sine timore iter facerent usi superiorum temporum atque itinerum licentia; C I, 51.

ferunt: eundem .. omnis fortunae exitum esse laturos; G III, 8. ut ... eundem omnes ferant casum; G VI, 40. quae etsi magno cum dolore omnes ferebant; G VII, 15.

habent: dierum triginta pabulum frumentumque habere omnes convectum iubet; G VII, 74.

incumbunt: ut ... omnes .. et animo et opibus in id bellum incumberent; G VII, 76.

interficiunt: noctu ad unum omnes desperata salute se ipsi interficiunt; G V, 37.

iurant: postulat, ut iurent omnes se exercitum ducesque non deserturos; C I, 76.

loquuntur: de deditione omnes palam loquebantur; C II, 36.

opinantur: neque opinantibus omnibus ... impetum fecerunt; A 63, b.

parant: omnes perturbatos defectione Haeduorum fugam parare; G VII, 61.

perveniunt: omnes fere in potestatem Labieni pervenerunt; G IV, 38. incolumes .. ad unum omnes in castra perveniunt; G VI, 40.

petunt: unum omnes peterent Indutiomarum; G V, 58. cum unum omnes peterent; G V, 58. longo circuitu easdem omnes iubet petere regiones; G VII, 45, a. ſ. coeperunt.

probant: si modo unum omnes sentiant ac probent; G V, 31. ad unum omnes Vercingetorigem probant imperatorem; G VII, 63.

proficiscuntur: omnes alacres et fiduciae pleni ad Alesiam proficiscuntur; G VII, 76.

proiciunt: sese omnes flentes Caesari ad pedes proiecerunt; G I, 31, a.

pugnant: ut ... omnes acerrime ... pugnarent; G V, 43. intra cancellos omnes conlecti pugnare cogebantur; Af 15.

referunt: salutem imperii uni omnes acceptam relaturos; C III, 57.

relinquunt: ut paene omnes ex Epiro ... signa relinquerent; C III, 13.

remittunt: ut re confecta omnes curam et diligentiam remittunt; C II, 13.

requirunt: omnibus in exercitu insciis et requirentibus imperatoris consilium; Af 10.

sentiunt: ubi omnes idem sentire intellexit; G III, 23. ſ. probant; G V, 31.

sperant: in eius (imperatoris) scientia et consilio omnia sibi proclivia omnes fore sperabant: Af 10.

student: cui rei propter animi mollitiem studere omnes videret; G VII, 20, b.

(**sunt**): Germanos equitesque imprudentibus omnibus de improviso advolasse; G VIII, 36. Caesar ... se ad sua castra recepit omnibus incolumibus; Af 78, b. ſ. requirunt. suspicantur.

suspicantur: omnibus insciis neque suspicantibus; Af 37.

tendunt: ſ. adeunt.

videntur: ut ad extremum casum periculi omnes deducti viderentur; A 7.

utuntur: ſ. faciunt.

II. **nach Verben**: 1. **adigo**: omnibus iureiurando adactis; G VII, 67.

afficio: maxima .. omnes laetitia afficit; G V, 48.

alo: hordeo corrupto omnes alebantur; C II, 22.

antecedo: in labore pari ac periculo ne unus omnes antecederet; C III, 82, b.

arcesso: arcessit omnes, qui sibi pecunias expensas tulerant; A 56.

armo: ſ. I. egrediuntur.

capio: omnibus .. aut interfectis aut captis; G VIII, 36.

circumvenio: circumventi omnes interfectique sunt; G VII, 62, b,

cogo: ut ... omnes .., qui per aetatem arma ferre possint, ad bellum cogant; G VII, 71. ſ. I. pugnant; Af 15.

cohibeo: cohibet .. omnes a praeda; Af 3.

cohortor: cohortatur omnes, ut portae aperirentur; Af 88, b.

conicio: ſ. I. pugnant; Af 15.

conservo: omnes conservavit; C III, 98.

contineo: necessario .. omnes his angustiis continebantur; C I, 48, a.

deduco: ſ. I. videntur.

dimitto: dimittit omnes incolumes; C I, 23.

elicio: ut omnes citra flumen eliceret; G VI, 8, a.

evoco: omnes ad praedam evocari; G VI, 35, a. ad hunc (collem) muniendum omnes a Vercingetorige evocatos; G VII, 44. omnes, qui sunt eius ordinis, a Pompeio evocantur; C I, 3.

fingo: uno .. excepto, quem aliusmodi atque omnis natura finxit; F 8.

habeo: quod ... omnes fere, qui eo mari uti consuerunt, habent vectigales; G III, 8.

interficio: ſ. capio. circumvenio.

paro: quo paratiores essent ad insequendum omnes; C I, 81. ut omnes in dies horasque parati essent; Af 1.

pello: futurum esse paucis annis, uti omnes ex Galliae finibus pellerentur; G I, 31, c. qui (antesignani) tantum profecerunt, ut ... pellerent omnes; C III, 75.

perterreo: tali timore omnibus perterritis; G VI, 37. perterritis omnibus neque cohortationes suas neque preces audiri; C II, 42. perterritis omnibus sibi quisque consulebat; C II, 43.

perturbo: ſ. I. parant.

proicio: ducem suum Domitium ... proiectis omnibus fugae consilium capere; C I, 20.

transporto: qua felicitate ... omnes incolumes essent transportati; C III, 73, b.

turbo: quae evocatio vehementer omnes turbavit; A 56.

voco: omnes ad se vocat spe praedae ad diripiendos Eburones; G VI, 34, b.

2 **ago**: Caesar contione habita Cordubae omnibus generatim gratias agit; C II, 21. ſ. I. agunt; C I, 74, a.

affero: tantam .. omnibus voluntatum commutationem attulit, ut ..; G V, 54.

concedo: omnibus, qui arma tulerant, manus praecidit vitamque concessit; G VIII, 44.

consto: quod omnibus constabat hiemari in Gallia oportere; G IV, 29.

innascor: quod est quaedam animi incitatio ... naturaliter innata omnibus; C III, 92.

interdico: interdicit .. omnibus, ne quemquam interficiant; G VII, 40.

oppono: omnibus his resistitur, omnibusque oratio consulis, Scipionis, Catonis opponitur; C I, 4.

praecido: ſ. concedo.

praesto: cum virtute omnibus praestarent; G I, 2.

probo: hoc omnibus probato consilio; G VIII, 21.

videor: nihil citra Capuam tutum esse omnibus videtur; C I, 14.

Gerund.: dandam omnibus operam, ut acceptum incommodum virtute sarciretur; C III, 73, b.

3. **consto inter**: constabat inter omnes ... dorsum ... esse eius iugi prope aequum; G VII, 44. constat enim inter omnes nihil ... esse perfectum, quod non ... superetur; G VIII, pr. a.

praecurro ante: (milites) sequi sese iubet et praecurrit ante omnes; C II, 34, b.

sentio cum: se contra Cassium sentire cum omnibus; A 58.

sum in: neque opinantibus omnibus (si tamen in omnibus fuit Cassius); A 63, b.

III. **nach Adjectiven, Zahlwort und Adverbien**: 1. **cognitus**: cum suam lenitatem cognitam omnibus sciret; G VIII, 44.

2. **principes ex**: principes .. (se) ex omnibus bellum facturos pollicentur; G VII, 2.

unus ex: animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere; G I, 32. qui (Euphranor) unus ex omnibus eo proelio bene rem gessit; A 25, b.

Superlativ: pertinacissime hos (Bellovacos) ex omnibus in sententia permanisse; G VIII, 22. cum ... maxime .. ex omnibus Lucterius ... moneret frumenti rationem esse habendam; G VIII, 34. ne ... ex omnibus novissimi venisse viderentur; C I, 53.

IV. **nach Substantiven**: 1. **alqs**: neque erat omnium quisquam, qui aspectum modo tantae multitudinis sustineri posse arbitraretur; G VII, 76. neque vero tam ... languido animo quisquam omnium fuit, qui ea nocte conquieverit; C I, 21. nulli omnium has partis ... miserationis minus convenisse; C I, 85, a. neque erat quisquam omnium, quin in eius diei casu ... eventum consistere existimaret; C II, 5.

animi: ut (timor) non mediocriter omnium mentes animosque perturbaret; G I, 39, a. etsi omnium animi ad ulciscendum ardebant; G VI, 34, b. omnium impeditis animis; G V, 7. omnium animi ad laetitiam excitantur; G VII, 79. timentes omnium animos consolatione sanat; G VIII, 38. omnium animi intenti esse ad pacem videbantur; C III, 19, b. omnium animis ad laborem incitatis; A 9. omnium tamen animi in terrorem coniecti; Af 16.

